Marci Anto. Zimare. de primo cognito.

# Marci Antonij Zimare Philoſophi ac Medici Famigeratiſſimi Queſtio de primo cognito.

Eiuſdẽq; Solutiones cõtradictionum in dictis Auerrois. In quibus eam ſolertiã internoſces: vt eas ne parua quidem labes contaminet.

¶ Venundantur Lugduni apud Scipionem de Gabiano in vico mercuriali.

¶ Cum gratia ⁊ priuilegio.

UVA. BHSC. IyR_120_3

¶ Marcus Antonius Zimara Sanctipetrinas ⁊ hydruntin⁹: magniſico Marco Antonio Contareno: magnifici domini Caroli filio: felicitatem.

CUm multumq; dubitaui Contarene iuuenis
optime: ⁊ in ſtudijs noſtris eminentiſſime: an
libellum hunc: quem ſucceſſiuis horis ac tu-
multuarie ſane collegeram: ederem: quaſi ſa-
tis ſuperq; laboratum a nobis eſſet in Auerr.
emēdādo: nec in his quoq; periclitādū nobis
eēt: quum non parū adhuc ex editione illa ſol
licit⁹ ſim. Sed qm̄ boni q̄dā iuuenes ⁊ nimiu
amantes mei: quos inter tu vel p̄cipuus: cui quippiam a me ne-
gari nefas ſit. Cū me tibi tm̄ debere profitear: quātū apud dome
ſticos Petro Bonuſio ꝓpreſuli auūculo: qui me ſemꝑ eque ac fi
lium charum habuit fouitq;: cuiq; non minus quā parentib; mee
animam hanc debere me libens profitear: editionem ſollicita-
bant: decreui votis veſtris ſatiſfacere: et huic me pelago com-
mittere. Eſt autem in hoc opuſculo nobis elaboratum: vt diſcor
des Auerrois ſententias: quo ad eius fieri potuit: concordes eē
oſtenderemus: non tamen omnia ſunt a nobis comprehenſa: mł
taq; ſunt aliene induſtrie vel conſulto a nobis derelicta: vt ſi q̇
fuerint qui hoc exiſtiment facilius fuiſſe quam fuerit: periclitarē
tur ⁊ ipſi. Cognoſcerentq; difficultatem operis: quod omnibus
qui equa lance rem perpendere voluerint: apertiſſimum fore nō
dubito. Ceterum ſtultus ego qui mihi obtrectatores defuturos
quauis rōne credam: in ſumma ſi non his acquieuerint tuū erit:
ſi tibi quoq; ita videbitur: defendere: ſin minus reprehendamur.
Vale ſemper literatorum memor.

UVA. BHSC. IyR_120_3

# ¶ Marci Antonij Zimare ſanctipetrinatis ⁊ hydrontini Queſtio de primo cognito. in gymnaſio. Patauino publice examinata.

QUerebatur in lectionibus noſtris ſuper prologo phyſice auſcultationis: vtrum magis
vniuerſalia eſſent intellectui noſtro notiora: in ſua prīa A
naturali cognitione: quam cōiter cōfuſam appellare ſole
mus. ⁊ videbatur ꝙ non. Nam neq; hoc eſt in prima ope
ratione intellectus que eſt formatio: nec in ſecūda que
eſt fides ſeu diſcurſus. igitur nullo modo vniuerſale ma
gis eſt notius minus vniuerſali in tali cognitione. conſe
quentia nota. quia iſti duo actus ſufficienter videntur diuidere omnem
actum intellectus. ſicut patet tertio de anima. tex. comm̄n. 26. Antecedēs
quantum ad primam ſui partem probatur: nam in cognitione incomple-
xa que eſt in prima intellectus operatione nomina diffinitorum ſunt no-
tiora nobis in cognitione confuſa. talia autem ſm Auer. ibi in commento:
ſunt ſpecies nominate. igitur ſpēs in cognitione prima ē notior alijs ma
gis vniuerſalibus qualia ſunt gn̄a ⁊ drie. ¶ Nec valet ſi dicat̄: vt. d. beatꝰ
doc. ibi ꝙ diffiniens ad diffinitum dupl'r cōparari pōt. vno mō abſolute.
Et iſto modo magis vl'ia ſunt notiora in cognitione confuſa minus vl'ibꝰ
que ſic abſolute cōſiderant̄. alio mō vl'ia magis pn̄t cōparari minꝰ vl'ibꝰ ⁊
vt ſunt diffinientia ea. Et iſto modo minꝰ vl'ia ſunt notiora nobis magis B
vniuerſalibus. ¶ Contra. magis vl'ia vt diffinientia ſunt prius nota mi-
nus vl'ibus: q2 diffinitio minus vl'is haberi nō pōt ignorata diffinitione
magis vl'is: cum diffinitio detur per priora ⁊ notiora. ex. 6. topi. Secunda
pars antecedentis oſtenditur: nam in ſcd̄o actu intellectus qui eſt cū ꝯpo
ſitione ⁊ diſcurſu confuſa magis ſunt nobis notiora per Philoſophū prio
phy. t. cō. ſcd̄i ⁊ tertij: vbi dr̄. ꝙ prima nr̄a cognitio nāl'is ꝓcedit a notiorıbꝰ
nobis que ſunt confuſa magis. illa aūt q̄ ſunt ꝯfuſa magis ſunt ipſa ꝯpoſi
ta cauſata ex elementis: ſicut exponit Commentator ibi in ꝯ. 3. ꝑ talia aūt
intellexit ipſas ſpecies: ⁊ non ſingularia: q2 talia nō ingrediunt̄ formal'r
ſyl'm demonſtratiuum: ergo ēt in cognitione prima habita ꝑ diſcurſuz mi
nus vl'ia ſunt notiora magis vl'ibus. igitur. Abſolute ꝯcedēdū eſt minus
vl'ia in prima cognitiōe nr̄a nāli eē notiora: cū prima nr̄a nāl'is cognitio
aut complexa: aut incomplexa ſit: ⁊ in vtraq; probatū fuit ꝓpoſitum no-
ſtrum. ¶ Ad oppoſitum dicitur eſſe ariſto. ⁊ Cōmēta. primo phy. tex. com-
menti. 4. Et in infinitis alijs locis.

¶ In iſta queſtione difficillima ita procedam: primo exponā titulum que
ſtionis. ſcd̄o ponam opiniones famoſas in hac mā: ⁊ poſtremo ponam
opinionem quam credo veram eſſe. C

DEbes ſcire ꝙ vniuerſale dupliciter ſumi poteſt. vel formaliter vel
fundamentaliter. formaliter. d. vniuerſalitatem ipſam que eſt
ſecunda intentio et eſt accidens a ratione cauſarum. fundamentaliter au-
tem eſt prima intentio: ⁊ prima rei notio. Iſta diſtinctio colligitur de in
tentione auerrois. ſeptimo metaphyſi. commento. 46. vbi habet ꝙ vniuer
ſalia habent aliquam diſpoſitionem diſpoſitionum ſubſtātialiū: ⁊ qualita
tem accidentem eis. Uniuerſale autem pro prima intentione ſumptum D
adhuc dupliciter conſueuit ſumi. vno modo pro vniuerſali in cauſando:



UVA. BHSC. IyR_120_3

⁊ ſic conſueuimus deū ⁊ intelligentias vl'ia nuncupare:⁊ ipſo modo ſumpſit philoſophus vniuerſale ī p̄hemio ſue metaphyſice dum dixit .vniuerſalia ſunt difficillima ad cognoſcendū cū ſint a ſenſibus remotiſſima. Alio modo ſumitur vniuerſale in predicādo:⁊ eſt illud qđ aptum natum eſt de pluribus predicari. Et ſic ſumpſit vniuerſale Philoſophus in primo peri her.⁊ in.7.me.tex.cō.45.⁊.57. in hac igitur queſtione nō loquimur de vniuerſali primo ſecūda intētione ſed de vniuerſali primo p̄ma intētione.et adhuc de iſto nō loquimur:vt ſupponit pro vniuerſali in cauſando : quia de hoc conuenerunt oēs peripathetici:ꝙ eſt poſterius cognitū a nobis.loquimur igitur de vniuerſali primo prima intentione:vt ſupponit pro vni- E uerſali in predicādo:ſicut eſt animal ⁊ homo ⁊ huiuſmodi. ¶Scđo debes intelligere ꝙ cognitio in nobis duplex eſt.quedā eſt que procedit a nobis magis notis qualia ſunt effectus vt in pluribus:⁊ ipſa accidentia:⁊ iſta cognitio appellatur ab Auer.prima cognitio naturalis:nam cum intellect⁹ noſter naturaliter intelligat concurrentibus phantaſmatibus.3.de aīa.t.cō.39. Illa igitur appellatur prima hominis naturalis cognitio que ortū habet immediate a rebus magis phantaſiatis:qualia ſunt effectus et ipſa accidentia : ⁊ iſta a latinis dicitur cognitio confuſa ⁊ indiſtincta.⁊ talis ſi fuerit complexa habetur demonſtratione ſigni vel aliqua via conſimili.ſi incōplexa habetur per diffinitionem quid nominis vel per aliquid illi ſimile.et eſt quando homo cognoſcit aliquid ſolum quo ad quid nominis. Alia vero eſt cognitio diſtincta . ⁊ iſta procedit a cauſis ⁊ a rebus nature prioribus ⁊ notioribus:⁊ iſta habetur per diffinitionem quid rei:ſi incomplexa fuerit:vel per demonſtrationem a priori ſi fuerit complexa:precipue autem mouetur queſtio de cognitione confuſa incomplexa. Licet etiā de complexa dicemus illud quod nobis apparet:hec de primo.

F Quantum ad ſcđm principale inuenio Burleū ⁊ Gregoriū ariminenſem:quē nominales precipuū habent qui in primo ſententiarū diſtinctione tertia.queſtione tertia.articu.ſcđo tenet.ꝙ ſingulare eſt primo cognitū in cognitione confuſa ſiue cōplexa : ſiue incōplexa fuerit:motus varijs argumētis ⁊ rationib⁹:ſupponit autē in primis vnū de intentione Cōmenta.ꝙ vniuerſale nō eſt aliquid extra aīam exiſtēs:ſed eſt conceptus fictus ſeu formatus per aīam cōmunis pluribus de quibus predicatur:quo ſuppoſito ſtante probat propoſitū ſuum ſic:anteꝗ̄ vniuerſale formetur ſeu fingatur ab intellectu aliquod ſingulare eſt cognitū.igitur ſingulare eſt primo cognitū ab intellectu cōſequentia eſt manifeſta:et antecedens probatur ab ipſo:qꝛ impoſſibile eſt vt dicit abſtrahere ⁊ fingegere aliquē cōceptū ab aliquibus rebus : niſi ille res vel alique earū ſint apprehenſe:qm̄ de rebus oīno ignotis nullus conceptus oīo formari poteſt:nec valet ſi dicatur ad hoc ꝙ tale a quo fit abſtractio ſit prius notum quo ad ſenſum:nō autē quo ad intellectū:nam hoc directe cōtradicit Ariſto.⁊ ſuo Cōmenta.in.12.meta.cōmento.4.vbi habet vl'ia apud Ariſtote. ſunt collecta ex particularibus in intellectu qui accipit inter ea conſimilitudinem:⁊ facit ea vnam intentionē. Nec eſt imaginabile:vt.d.ꝙ vna virtus comprehendat ſingularia ⁊ conuenientiā eorum . ⁊ alia formet ipſum vniuerſale.nam hoc eſſet ſimile ac ſi vnus homo apprehendat ſingularia: ⁊ alter homo apprehendat vniuerſale quod eſt abſurdum:⁊ pro hoc vide- G tur facere ſententia Philoſophi in ſcđo de anima.in tex.cōmenti.146.vbi conſimili medio arguit de ſenſu communi.habet enim ꝙ virtus apprehendens conuenientiā ⁊ differentiam inter aliqua eadem cōprehendit illa ſub rationibus proprijs que adinuicem conueniunt ⁊ differunt . ⁊ cōfirmatur

UVA. BHSC. IyR_120_3

adhuc iſta poſitio auctoritate auer. primo phyſi. commento.5. vbi hꝫ. ꝙ
⁊ ſi ſingulare non ſit principium in ſcientia demonſtratiua: eſt tñ princi-
pium acquiſitionis vniuerſalis: quod eſt principium doctrine demõſtra-
tiue. Sicut dicit etiam phũs in calce ſcdi poſteriorum. ¶ Preterea ad pri-
cipale arguitur ſic. primo cognitum ab intellectu non eſt aliquid ab intel-
lectu fabricatum. vniuerſale eſt huiuſmodi. ꝑ ſuppoſitũ: ergo vniuerſale nõ
eſt primo cognitum ab intellectu: relinquitur ergo ꝙ ſingulare ſit primo
cognitum: diſcurſus notus cum minori: ⁊ maior probatur: nam intelligi-
bile intellectionem natura ꝓcedit: ſicut cã ꝓcedit effectũ: minor ptꝫ ex ſup-
poſito: vt diximus: ⁊ eſt etiam ipſius auer. in primo de aĩa. cõ.8. vbi hꝫ. ꝙ h
intellectus eſt qui facit vniuerſalitatem in rebus. ¶ Tertio principaliter
et iſtud argumentum etiam eſt Burlei in prologo primi phy. ſi vniuerſale
eſſet primo cognitum ab intellectu tale non poſſet conferre ad intellectõeꝫ
ſingulariũ: qꝛ cum illud abſtractum ſit a ſingularibus mediante illo non
deuenimus ad cognitionem vnius ſingularis potius ꝙ̃ ad cognitionẽ al-
terius: aut ergo per illud deueniemus ad cognitionem omnium: aut ad co-
gnitionem nullius: quorum vtrũqꝫ abſurdum eſt. ¶ Amplius nullus im- i
ponit nomen rei quam ignorat per philoſophum.4. meta. tex. cõ.x. Et per
Auer.7. meta. tex. cõmẽ.54. Sed intellectus imponit noĩa primo ſingu-
laribus: ergo illa ſunt ſibi primo nota. Nec valet ſi dicatur quod ſingula-
re non cognoſcitur ab intellectu: qꝛ vt dicunt: intellectus ponit cõuenien-
tiam ⁊ differentiam inter ſingulare ⁊ vniuerſale: intellectus in inductione
procedit a ſingularibus ad vniuerſalia: ⁊ cum procedat ex ꝑexiſtente co-
gnitione ſequitᷣ ipſum ſingulare cognoſcere: ſitᷣr intellect⁹ format iſtã pro-
poſitionẽ: ſortes eſt homo: ſortes eſt aĩal: ergo opꝫ ipſum extrema ꝑcogno-
ſcere. hec ⁊ alia cõſimilia dicunt in hac materia inſtinẽtes ſingulare eẽ pri-
mo cognitum ab intellectu in prima cognitione que confuſa dicitur.

Quicquid ſit ex parte rei de iſta opinione: mihi tamen videtur ſal- k
ua reuerentia taliter ſentientium. ꝙ iſta opinio nõ eſt ex
intentione ariſto. ⁊ ſui Commen. auer. Nã ſicut ſcribit Cõmẽta.3. de aĩa.
commen.36. ex ſententia Auẽpace: quiditas in intellectu nõ hꝫ formã cor-
poralem neqꝫ ſpiritualẽ: cui ſuſtentatᷣ: cũ intellectũ (vt declaratũ eſt) nõ ſit
indiuiduum. (Unde ſicut mea fert opinio.) ſententia peripateticoꝝ fuit
ꝙ intellectio ſingularis materialis repugnat intellectui: vt intellectus eſt
non quatenus ſingulare: ſed quaten⁹ mãle eſt: vñ Cõmẽ. in cõ. ſup li. de di-
uinatione inquit. ꝙ declaratũ eſt in prima phĩa. ꝙ intelligẽtie non intelli-
gunt: niſi naturas vl'es: ⁊ non dant niſi ſimile eius quod hñt. ¶ Impoſſi-
le eſt: vt dent intentionem indiuidualem omnino cum non habeant nãm
comprehendentem: particularem intentionem: ⁊ ille forẽ non indiuiduãtᷣ
niſi per materiam. Et ſi intelligentie abſtracte cõprehẽderẽt indiuiduum:
tũc neceſſario eẽnt mãles. hec Cõmẽtator. vñ ſi alicui intellecui cõpetit co-
gnoſcere ſingulare: hoc non eſt inquantum intellectus eſt: qꝛ vt ſic vl'r hꝫ
cognoſcere. ſic. n. ponitur dñia inter receptionẽ mãe: ⁊ inter receptionem in-
tellectus. ſicut patet.3. de anima. cõ.5. ⁊.2º. nã materia eſt cã receptionis
ſignate: intellectus autem eſt cã receptionis abſtracte: ſi ergo hoc alicui in-
tellectui competet: hoc erit inquantum materialis. i. inquãtũ a mã ī operã-
do aliquo modo dependet. Et ſic eſt de intellectu noſtro poſſibili: qui cum
ſit infimus in genere abſtractorum.3. de aĩa. cõ.19. accidit ſibi inquantum
intellectus eſt ipſum talem habere habitudinem ad hominẽ: ꝙ vt ſic ſine
phantaſmate non poſſit intelligere: aut hõ per ipſum. Niſi igitur intelle-
ctus noſter coniunctus eſſet phantaſie ⁊ continuo ⁊ tempori: nullo pacto



UVA. BHSC. IyR_120_3

poſſet ſingulare cognoſcere. Et iõ fuit maxia diſcholia inter antiquos q̃lr
⁊ q̃uo itell's iſte ſingulare cognoſcat. nullꝰ aũt ex antiq̃s .d. ſingulare eẽ pri
mo cognitũ: cũ dubiũ ſit apõ ipſos an cognoſci q̃at ab itellu: ⁊ de mõ cogni
tiõis eiꝰ. et iõ opinio iſta nõ vr̃ Ariſtotelica nec rões iſtiꝰ opiniõis cogũt.
M ¶ Ad primũ dico admittẽdo ſuppoſitũ ad iſtũ intellectũ. vz. ꝙ vl'e non eſt
Solo rõ- aliq̃d extra aiam diſtinctũ a ſingulari: ſed eſt aliq̃d cauſatum ab intellectu
num Gre- agẽte vna cũ phãtaſmate. et tũc dico ꝙ cũ intell's agẽs ſit q̇ faciat vl'itatẽ
gorij ari- in rebꝰ. primo de aĩa. cõ. 3. vbi dr̃ ꝙ intell's eſt q̇ facit vl'itatẽ in rebus. iſte
minẽſis. aũt intell's faciẽs apud ipſum agẽs intell's eſt: nam ſi licet nobis Auer ex
ponere ꝑ auer. inueniemꝰ hoc qð diximꝰ. ipſe em̃. 3. de aĩa cõ. 18. hꝫ ꝙ intel
lectus agẽs eſt q̇ transfert res de ordine in ordinẽ. ⁊ facit de potẽtia intelli
gentis actu intelligẽtia: ſed iſte intellectꝰ in abſtrahẽdo nõ cognoſcit ſin-
gularia a quibꝰ abſtrahit. ſicut em̃ ſcribit Cõmẽ. 3. de aĩa. cõ. 19. et ſm̃ ipm
Themi. 3. de anima. ſuper expoſitione tex. cõmẽ. 35. Talis intellectꝰ non co
gnoſcit aliquid eorũ que ſunt hic: tale aũt vl'e abſtractũ ab intellectu agen
te eſt illud qð immediate mouet itellectũ poſſibilẽ: q2 materiale immedia-
te agere nõ poteſt in immateriale. vnde Cõmẽta. 3. de aĩa. cõ. 5. ⁊. 18. hꝫ ꝙ in-
tẽtiones imaginate nõ poſſunt mouere actu intellectũ: niſi poſtꝙ̃ fuerint
actu intellecte. nõ fiunt aũt actu intellecte: niſi per intellectũ agentẽ: q̇ ope
ratur in hoc: ſicut agens naturale. Abſtrahit em̃ vl'e a ſingulari: ⁊ non co-
gnoſcit ſingulare materiale a quo abſtrahit: ſicut ignis cõburit lignum: et
neſcit ſe cõburrere illud. Et quia Gregorius credidit tale vl'e fieri ab intel-
N lectu poſſibili: hinc eſt: qð grauiter decipitur ni fallor. ¶ Et ſic formaliter
ad argumentũ dico: qð ſtat intellectũ poſſibilẽ primo cognoſcere vl'e: quod
vl'e eſt ab intellectu agente abſtrahente naturã a ſingularitate ſine cogni-
tione: ſed mere naturaliter. Et ideo ſi argumentũ aliquid probaret maxi-
me probaret ſingulare eſſe primo cognitũ ab intellectu agente: q2 ille eſt
qui abſtrahit. nullus autẽ dixit hoc: nam iudiciũ eſt in capitulo perfectio-
nis iudicis ſm̃ Auer. 3. de anima cõmẽto. 19. Talis autẽ iudex cognoſcens
⁊ diſcernens eſt intellectus poſſibilis. et nõ intellectus agens in cognitiõe
O iſta que cõmuniter nobis ſolet cõtingere. ¶ Ad auctoritatẽ Cõmẽta. in. ii.
meta. com. 4. Reſpondet̃ ꝙ ibi loquit̃ de vniuerſali pro formali: qð eſt ſe-
cunda intẽtio: ⁊ ideo nõ eſt ad propoſitũ. pro quo debes ſcire ꝙ vniuerſa-
le duo importat: materiale ⁊ formale: materiale eſt eſſe in multis: formale
autẽ eſt dici de multis: ⁊ quo ad iſtud ſicut mihi videtur cauſatur ab intel
lectu poſſibili taliter cõparante vnũ obiectũ cognitũ ad aliud obiectũ co-
gnitũ: vnde ex ſimilitudine quã accipit intellectus inter ſingularia: cauſat
vniuerſale: qð eſt ſecũda intẽtio. Et eſt quo ad id qð eſt dici de pluribꝰ: di-
cat Joã. de gandauo: ⁊ alij moderni quicquid velint: dico vniuerſale pro
formali ſuo ab intellectu poſſibili cauſari: ⁊ nõ ab intellectu agẽte: quia in
tellectus agens nõ cognoſcit ſingularia: que ſunt hic ſm̃ Commen. modo
vniuerſale pro ſecũda intẽtione cauſatur ex ſingularium cognitione: ideo
P nõ poteſt ab intellectu agente cognoſci: ⁊ per ꝯñs neq3 cauſari. Nota ta-
men ꝙ lz intellectus poſſibilis prius cognoſcat ſingularia: ex quorũ ſimi-
litudine cauſat vniuerſale pro ſecũda intẽtione: nõ tamẽ ea cognoſcat: niſi
mediante ſenſu: ⁊ vt eſt phantaſie coniunctus. ſicut patet tertio de anima.
cõmẽ. 9. Sed loquẽdo de vl'i primo prima intentione bene pono illud ab
intellectu agẽte cauſari. ⁊ illud primo innoteſcit intellectui poſſibili ꝙ̃ ſin
gulare. et q̃n dicebatur ꝙ impoſſibile eſt ꝙ ſingulare cognoſcatur ab vna
potentia. ⁊ vniuerſale ſit cauſatũ ab alia ſicut ꝙ vnus faciat antecedens:
⁊ alius ꝯñs. Reſpondetur ꝙ ſi loquamur de vl'i pro ſecũda intẽtione cau-

UVA. BHSC. IyR_120_3

ſatur ab intellectu poſſibili cognoſcere ſingularia: ex quorũ ſimilitudine
cõparata cauſat tale vl'e ⁊ ſingularia illa innoteſcunt ſibi mediante ſenſu.
In cognitione aũt vl'is pro prima intentione ſi loquamur de vl'i incõple-
xo tale cauſatur ab intellectu agente: qꝛ ille eſt qui transfert res de ordine
in ordinẽ. Et facit de potẽtia intelligẽtis actu intellecta: ⁊ ille in cauſan-
do nõ cognoſcit ſingularia: a quibus abſtrahit. talis em̃ actio procedit ab Q
ipſo per modũ nature. De vl'i autẽ complexo videtur The. ⁊ multi magne
auctoritatis viri: ꝙ nõ incõuenit qđ in inductione premiſſe ſint cognite a
virtute cogitatiua. et cõcluſio fiat ab intellectu poſſibili ꝑꝑ eſſentialẽ ordi-
nem exiſtentẽ inter iſtas virtutes: que ita ſe habent: qđ qñ vna ipſarũ erit
ad actũ: alia etiã per cõcomitantiã eſt etiã in actu. vnde Philoſophus in li
bro de memoria ⁊ reminiſcẽtia dixit: qđ qñ intellectus intelligit quantum
in vl'i potentia ſenſitiua aliquod quantũ in particulari contẽplatur. vnde
hic ſunt verba The. ſuper ſcđo poſte. c. 36. Porro huius inductiõis: in qua
ſenſus vicẽ obtinet ſumptorũ: vl'e cõcluſionis: nõ ſtatim a ſumptis ſequit̃
cõcluſio. Nec paruo tẽpore abſoluit̃: ſed inter ſumpta: ⁊ cõcluſionẽ aliquã
ta vis incidit tẽporis. Nam ſumpta illico incipit affoꝛmare ſenſus: ſed cũ R
proceſſit admodũ ac diu exercitus eſt. Tamẽ ea vis animi que intellectus
nominat̃ cõclõnem ipſam ſubiungit. In hoc aũt opus eſt etate ⁊ viſu mul-
to: qꝛ qđ effuſum ſparſumq; eſt: niſi ſpacio tẽporis cogi: ⁊ in vnũ conferri
nõ poteſt. Hoc etiã videtur ſentire Auer. in cõmẽ. ſuo. ſuper lib. de diuina-
tione: vbi volens declarare modũ quo ſomnia vera cauſentur in nobis ab
intelligentia dixit: qđ intelligẽtia dat intentiones vl'es ⁊ imaginatiua reci
pit eas particulares: quẽadmodũ medicus enunciat qđ accidit corpi for-
tis: ⁊ eius anime in aliquo tẽpore terminato per duas propoſitiões: qua-
rum vna eſt vl'is intelligibilis. Et alia particularis ſenſibilis. ⁊ hec videt̃
eſſe intentio eius in illo loco: ſi cõſiderentur bene verba eius. Hoc idẽ vi-
detur fuiſſe de intentione philoſophi in primo poſte. in tex. com. 33. vbi oñ
dit qđ deficiente aliquo ſenſu a natiuitate impoſſibile eſt ſcientiã illi⁹ ſen-
ſibilis in intellectu gigni. Siquidem addiſcimus: aut per demonſtratio-
nem: aut per inductionem. inductio autẽ eſt de his: que particularia ſunt:
demõſtratio autẽ de vniuerſalibus: impoſſibile eſt autẽ vl'ia ſpeculari: niſi
per inductionẽ. Inducere autẽ non habẽtes ſenſum impoſſibile eſt. ſingu-
larium em̃ ſenſus eſt: non em̃ cõtingit accipere ipſorũ ſcientiã. neq; em̃ ex Senſus.
vniuerſalib⁹ eſt ſine inductione. Neq; per inductionẽ ſine ſenſu. Et ꝑpter
hoc dixit ipſe in ſcđo phy. tex. cõ. 6. ꝙ cecus de coloꝛibus diſputans de no
minibus ſolis rationẽ habebit nihil tamẽ intelliget. Et ideo caueant q̃ te-
nent de intẽtione philoſophi: cecum a natiuitate poſſe habere ſcientiã: nõ
per inuentionẽ: ſed per doctrinã. Immo ſententia ſua fuit: nullomodo ſciẽ
tiam in eo cauſari poſſe. Et ſi tu queras quomodo eſt hoc poſſibile qđ in
vno diſcurſu premiſſe fiant ab vna virtute: et concluſio ab alia virtute. di S
ceretur ꝙ hoc nõ debet videri alicui mirabile: nam ſicut eſt in magno mũ
do: videmus qđ ex omnibus corporibus celeſtibus: ⁊ ex omnib⁹ ſuis mo-
toribus fit vnum animal magnũ: ita qđ ex eis fit vnus actus ſicut ſcribit
Commẽ. ſcđo celi commẽ. 42. ⁊ ſcđo cap. de ſubſtãtia orbis. ⁊. 12. meta. 44.
cõ. ⁊ in libro deſtructio deſtructionũ. in diſputatione. 3. in ſolutione. 18. du Homo.
bij. Sic dicimus in homine qui eſt microcoſmos. i. paruus mundus: cõtin
gere poſſe ꝙ propter eſſentialem ordinem: ⁊ colligationem intellect⁹ cum
cogitatiua virtute fuit hoc qđ ad vnam operationẽ concurrant ambe ẽm T
diuerſas rationes. Et cum illud quod adducitur a Gregorio arimineñſi
tanq̃ impoſſibile videtur eſſe neceſſariũ. ⁊ quãdo dicebat ꝙ hoc eſſet ac ſi



UVA. BHSC. IyR_120_3

vnus homo faceret añs ⁊ alter ꝯñs. Rñdet negãdo ſimilitudinē: q2 nõ eſt ordo eſſentialis in intelligẽdo vnius hoīs reſpectu alterius: ſicut eſt de ſenſu interiori reſpectu intellectus. Et lꝫ iſta opinio videatur noua: tñ videt eſſe antiqua ſatis ſicut vides. Aut al'r põt dici ꝙ. in cognitione cõplexa vniuerſalis que per inductionē habet eadē virtus. ſ. intellect⁹ poſſibilis eſt q̃ format premiſſas ⁊ concluſiones: q2 ſm phm ſcdo de aīa. tex. cõ. 146. videt velle eãdem virtutē eſſe que cognoſcit extrema ⁊ medium in quo ꝯueniũt. Et tunc diceret ſm illam viam nõ eſſe incõuenientens incomplexa cognitione ſingularia prius intellectui innoteſcere ꝙ vl'ia. tamē iſta ſingularia cognoſcunt ab intellectu poſſibili: vt reflectitur ⁊ vnitur phãtaſie virtuti: nõ
u vt intellectus preciſe ⁊ in ſe cõſideratur. Et ſi iſta via teneret poſſent gloſari oēs auctoritates: ⁊ Themiſtij: ⁊ Auer. ⁊ Ar[illegible]e. que ſonare vident premiſſas in inductione cauſari a virtute ſenſitiua interiori. ⁊ concluſionem ab intellectu iſto modo. nã pro qñato vniuerſalis ꝯcluſio non põt ſequi ex vna ſingulari precipue in materia ꝓbabili ⁊ in materia q̃ eſt in his q̃ vt in pluribus contingũt: neceſſariũ eſt virtutē experimẽtatiuam: que eſt cogitatiua maxime verſatam eſſe in cognitione ſingulariũ: ex quib⁹ tandē intellectus vniuerſalē cõcluſionē deducit. Jſtud igitur experimentũ ſenſitiue partis eſt: quo habito intellectus ipſe ſingulares illas premiſſas iam diu per cogitatiuam virtutē notas adinuicē cõponit: quibus ſic compoſitis ipſe cõcluſionē etiã infert. Diſcurſus iſte igitur a premiſſis ad concluſionē vniuerſalē per inductionē oſtenſam ab intellectu poſſibili fit tam quo ad premiſſas ꝙ quo ad concluſionē: ſed q2 ad diſcurrẽdum: iſto modo intellect⁹ poſſibilis motus fuit a cogitatiua virtute: in qua iſta cognitio ſingulariũ precexiſtebat: pro quãto igitur cogitatiua virtus occaſio fuit intellectui ad diſcurrendũ a talibus premiſſis precognitis diu ante ab ipſa ꝙ ab ipſo intellectu. pro tãto dixit The. ⁊ Cõmen. inductionis antecedẽs formari a virtute ſenſitiua interiori: cõcluſionē ꝯũt ab intellectu. Et iſta via eſt magis vera vt mihi videt: ſicut etiã infra dicã: quicq̃d tñ ſit de hoc. dico ꝙ nos loq̈
x mur de cognitione incõplexa qñ querimus: q̃d ſit primo cognitũ in tali cognitione cõfuſa. ¶ Ad tertiũ argumẽtum Gregorij reſpondet diſtinguendo illam dum. d. illud qꝺ primo cognoſcitur ab intellectu non cauſatur ab intellectu: q2 ſi hoc referatur ad vnum: ⁊ eũdem intellectum: puta poſſibilē tantum vera eſt: quia quelibet potentia receptiua preſupponit obiectũ ſuũ a quo mouetur primo. Et ſic cum ego teneam vniuerſale pro prima intentione eſſe primo cognitum ab intellectu poſſibili: dico illud non eſſe cauſatum: vt ſic ab intellectu poſſibili: ſed ab intellectu agente: intentiones enim imaginate ſicut ſcribit Commentator. 3. de anima. commen. 5. ⁊ cõmen. 18. non poſſunt mouere intellectum poſſibilem: niſi poſtꝙ fuerint actu intellecte. non ſunt autem neqꝫ fiunt actu intellecte ſm ipſum: niſi per intellectũ agentem transferentem eas de ordine in ordinem pro quanto de eſſe materiali ⁊ ſignato transfert eas ad ordinem immaterialium et vniuerſalium. ¶ Alio modo hoc poteſt referri ad diuerſos intellectus. ſ. ꝙ illud qꝺ primo cognoſcitur ab intellectu non cauſatur ab intellectu: ſiue ille ſit poſſibilis ſiue ille ſit agens: ⁊ ſic negatur. Jmmo dico ꝙ iſta duo ſtant ſimul: ꝙ intellectus poſſibilis cognoſcat ⁊ iudicet illud qꝺ ab intellectu agente productũ eſt. iudicium em̃ ſicut ſcribit Auer. 3. de aīa. cõ. 19. eſt in cap. perfectionis iudicis. Actio autē non eſt ſm illum modũ in cap. perfectionis agẽtis. Et hoc non dixiſſet Commē. niſi tenuiſſet alium eſſe intellectum diſtinguentem ⁊ cognoſcentem: ⁊ alium intellectum vniuerſale producentē. Jllud igit qꝺ fecit iſtum hominē errare (ſi ita licet loqui de tanto viro) fuit: quia cre

UVA. BHSC. IyR_120_3

aidit quodlibet vniuerſale cauſari ab intellectu poſſibili:ſed non eſt verũ.
Licet enim vniuerſale:vt eſt ſecunda intentio: cauſetur ex actu collatiuo
intellectus poſſibilis cõparantis vnũ obiectum cognitũ ad aliud obiectũ
cognitum:non tamen vniuerſale prout eſt prima intentio ab intellectu
poſſibili cauſatur:ſed ab intellectu agente vna cum phantaſmate.
¶Ad tertium principale qđ eſt Burlei rñdetur.ꝙ vniuerſale primo cogno
ſcitur ⁊ directe ab intellectu:ſed ſingulare nõ cognoſcitur:niſi reflexe ⁊ me-
diãte ſenſu.ſicut ſcribit Cõmen.tertio de aĩa.commẽ.9.vbi.d.ꝙ ſi vniuerſa
le ⁊ ſingulare ita ſe habeant:ꝙ vtrũq; per ſe ⁊ ſolitarie conſideretur. Tunc
vniuerſale per ſe ab intellectu cognoſcitur:ſingulare autẽ a ſenſu:ſʒ ſi iſta
adinuicem comparẽtur cognoſcuntur ab vna ⁊ eadem virtute ſm diuerſas
habitudines ſe habente.puta quãdo comparãtur quo ad cõuenientiam et
differẽtiam:vnde intellectus eſt ille qui cognoſcit conueniẽtiam ⁊ differen-
tiam inter ſingulare ⁊ vniuerſale:ſed diuerſis modis:quia vniuerſale per
ſe cognoſcit ſub ratione.ſ.qua intellectus eſt:⁊ ſingulare cognoſcit mediã
te ſenſu:hoc eſt inquãtum conſideratur:vt eſt phantaſie et tempori colliga
tus:nam vt ipſe dicit ibidem:illud quod cognoſcit alietatem inter duo:ne
ceſſe eſt vt ſit vnum vno modo:⁊ multa alio modo. Unde hec ſunt verba
Auerro.ibi.cum fuerit declaratum ꝙ ſenſibilia diuidũtur in duplex eſſe.ſ.
in hoc ſingulare ⁊ in ſuam formam:neceſſe eſt vt virtꝰ experimentatiua.i.
comprehenſiua comprehendat eam:aut per duas virtutes: aut per vnam⁊
ſed duabus diſpoſitionibus diuerſis.Cum duabus autem virtutibus erit
quando vtrumq; comprehenderit per ſe:ſcilicet indiuiduum ſingulariter
⁊ formam ſingulariter.Per vnam vero virtutẽ ⁊ diſpoſitionẽ diuerſam erit
qñ cõprehenderit alietatẽ q̃ eſt inter has duas intẽtiones.qđ eñ cõprehen
dit alietatem inter duo neceſſe eſt:vt declaratum eſt.ſ.in ſcđo de aĩa.tex. cõ
mẽ.146.vt ſit vnum vno modo:⁊ multa alio modo.Et iſta eſt diſpoſitio in
tellectus in intelligendo alietatẽ que eſt inter formam ⁊ indiuiduum.Cõ-
prehẽdit enim formam per ſe:⁊ indiuiduum mediante ſenſu.hoc eſt dictu.
intellectus quatenus intellectus vniuerſalis eſt comprehenſiuus:ſed qua
tenus ſenſui colligatus eſt etiam ſingularis comprehenſiuus.pro quanto
igitur intellectus cõuertit ſe ad phãtaſma ſingulare cognoſcit.Et ſi quera
tur quõ intellectus deuenit ad cognitionẽ talis ſingularis per tale phan-
taſma:aut tãq; per aliq̃d notum:aut tãq; per ignotum.ſi primũ cum phan-
taſma ſit quid ſingulare:ergo ſequitur ꝙ prius ſingulare cognoſcatur q̃
vniuerſale.ſi ſm hoc eſt incõueniens:q2 per ignotũ nihil ſcitur.primũ ar-
gumentum ſtat adhuc in ſuo vigore.ꝙ ſi intellectus primo cognoſcit vni-
uerſale q̃ ſingulare:tunc ergo nõ magis deueniet in cognitionẽ vnius ſin
gularis q̃ alterius:aut igitur oĩa ſingularia ſimul cognoſcet: aut nullum:
qđ videtur abſurdum ſatis ⁊ incõueniens.¶Ad hoc reſpõdetur ꝙ ⁊ ſi in-
tellectus cognoſcit ſingulare mediãte phãtaſmate:nõ eſt neceſſarium phã
taſma illud intellectui prius notũ eſſe.Et ſi arguatur ꝯtra.propter qđ vnũ
quodq; tale:⁊ illud magis.i.poſte.⁊.ij.met.tex.cõ.4.Cũ igit̃ ſingulare co-
gnoſcat̃ ab intellectu mediãte phãtaſmate.ergo phãtaſma magis intelli-
getur.Soluit̃.propoſitio illa famoſa ſic limitat̃ a nobis in limitationibus
noſtris:qñ eſt aliqua diſpõ q̃ denominat cãm ⁊ cãtũ:⁊ in cãto reperit̃ ꝑpter
cãm:magis tũc cauſe q̃ cãto attribuit̃ denoĩatio illius diſpõnis.Et hoc eſt
verũ in oĩ genere cauſe:quicq̃d dicãt latini ſup hoc:mõ ſi argumẽtũ tuum
debet valere:deberes ſic argumẽtari.ſingulare intelligit̃:⁊ phãtaſma intel-
ligitur:⁊ ſingulare intelligit̃ ꝑpter phãtaſma:ergo phãtaſma magis intel-
ligitur.Tamen illa negatur ꝙ phantaſma intelligatur. In hoc caſu ⁊ pro

UVA. BHSC. IyR_120_3

illo inſtāti.ideo nō valet.vnde ſicut in viſu obiectū videt̄ mediāte ſpecie
B viſibili:non tñ ſequit̄ ſpeciē illam magis videri:ſic dico in iſto caſu.¶Ad
aliud dicūt aliqui ꝙ intellect⁹ magis deuenit ad cognitionē vnius ſingu
laris ꝙ̄ ad cognitionē alteri⁹:ꝓ quāto forti⁹ mouet̄ a phantaſmate vni⁹
ꝙ̄ a phantaſmate alteri⁹:mihi tñ videt̄ ſaluo ſemꝑ meliori iudicio.ꝙ dña
illa quā intellectus facit inter vniuerſale ⁊ ſingulare:ꝙ tale ſingulare non
ſit ſingulare aliqđ ſignatū:ſed eſt ſingulare aliqđ vagū ſtans ſub vniuer
C ſalitate particularizatū.vñ ego video ꝑhm in lib.prioꝝ.vbi docet ſyllo
gizare ex pmiſſis vl'r ⁊ abſolute:⁊ diffinit vniuerſalē:particularē:⁊ in
definitā ꝓpoſitiones nullā de ſingulari mentionē faciens.video ipſum in
predicamētis vbi de pma ſubſtātia loquit̄ ſemꝑ exemplificare de indiui
duo vago:vt de aliquo hoīe:⁊ aliquo boue.Et hoc nō fuiſſet:niſi vidiſſet
ꝙ cū ſyllogizare ſit actus intellect⁹.Et q2 intellect⁹ noſter ſingulare iſtud
ſignatū:vt ſignatum eſt:non pōt cognoſcere:cū modus ſibi ꝓprius cogno
ſcēdi ſit huic ex toto oppoſitus.videt̄ mihi ꝙ ſi intellect⁹ noſter intelligit
ſingulare ꝙ hoc eſt in ordine ad vniuerſale quo ad cōueniētiam ⁊ differē
tiam:⁊ quo ad vniuerſalitatē:cui ſupponitur tanꝙ̄ pars.Et hoc ſicut vi
detur mihi:eſt de intētione Commē.tertio de aīa cōmē.10.Si bene cōſide
rentur verba eius:⁊ ſtante hoc fundamento ſoluit̄ argumentū Burlei:q2
ipſe imaginatur intellectum deduci ad cognitionē ſingularis ſignati:vt
ſignatū eſt:⁊ hoc fuit negatū.¶Ad alia que adducebant̄ ad probandum
ſingulare ꝑ ſe cognoſci ab intellectu:q2 imponit ſibi nomen.⁊ q2 format ꝓ
poſitionem iſtam ſortes eſt homo:⁊ hmōi vnica reſpōſione dicit̄ ꝙ ſortes
vt eſt ſuppoſitum hominis:cognoſcit̄ ab intellectu:⁊ vt habitudinē hȝ ad
ipſum vniuerſale:ſub quo cognoſcitur:nō autem inquantum ſortes dicit
mihi indiuiduum ſignatū loco ⁊ tempore.q2 vt ſic a ſenſu cognoſcitur.Et
ideo dixit Commē.3.de aīa.cōmē.9.ꝙ ſingulare per ſe.i.ſolitarie:⁊ vt ſigna
tum a ſenſu cognoſcitur:ſed quando conſideratur in ordine:⁊ in habitu
D dine ad vniuerſale quo ad alietatē ⁊ ꝯuenientiam:ſic ab intellectu cogno
ſcitur:⁊ iſta non viderūt moderni ſicut poteris videre.¶Subtilis doctor
primo ſentētiarum diſt.3.q̄ōne.2.hȝ ꝙ loquēdo de prioritate originis pri
mo videndū eſt in cognitione actuali quid ſit primo cognitum ab intelle
ctu noſtro:pmittit aūt aliqua ſuppoſita.primū ꝙ alius eſt cōceptus ſim
pliciter ſimplex:⁊ alius eſt cōceptus ſimplex nō ſimpliciter ſimplex.Sim
pliciter ſimplicē ꝯceptum dicit illū qui nō eſt reſolubilis in quid ⁊ in qua
le:ſicut eſt cōceptus entis ⁊ paſſionū ſuarum ⁊ ꝯceptus vltimarū differen
tiarum.Conceptus ſimplex nō ſimpl'r ſimplex:eſt cōceptus qui actu ſim
plicis intelligētie cognoſci pōt.Et eſt reſolubilis in quid ⁊ in quale.¶Se
cundo ſupponit ꝙ aliud eſt ꝯfuſum intelligere.⁊ aliud eſt confuſe intelli
gere.Confuſum em̄ idem eſt qđ indiſtinctuȝ.⁊ ſicut duplex eſt indiſtingui
bilitas.ſ.totius vniuerſalis in ſuas partes:⁊ totius eſſentialis in ſuas par
tes:ita eſt duplex totum confuſum.igitur intelligitur:quando intelligitur
aliquod iſtorum duorū indiſtinctoꝝ.ſ.totum eſſentiale:aut totum vniuer
ſale.Confuſe autem aliquid ꝯcipi dicit̄:qñ cōcipit̄ aliquid ſicut exprimit̄
E per nomen:ſed diſtincte aliquid ꝯcipit̄ quādo cōcipit̄:ſicut exprimitur per
diffinitionem.¶His ſtantibus ponit duas concluſiones:prima concluſio
talis eſt:in cognitione actuali via originis ⁊ generationis eorum que con
cipiuntur cōfuſe primū actualiter cognitū cōfuſe eſt ſpecies ſpecialiſſima
cui⁹ ſingulare forti⁹ mouet ſenſuȝ ſiue ſit audibile ſiue viſibile ſiue aliqđ
aliud:et hoc ſuppoſito ꝙ ſingulare non poſſit ab intellectu intelligibili.
iſta concluſio probatur tribus rationibus:et primo ſic.cauſa naturalis

UVA. BHSC. IyR_120_3

agit ad effectū ſuū ſm vltimum potētie ſue qñ nō eſt impedita: igitur ad
effectū perfectiſſimū quē primo pōt ꝓducere primo agit. Sed oīa cōcurrē
tia ad iſtum primū actū intell'ꝰ ſunt cauſe mere naturales: qꝛ p̄cedūt oēm
actum voluntatis: ꝛ nō ſunt impedite: vt ptꝫ. ergo ꝓducūt perfectiſſimum
effectum quem poſſunt. Ille aūt nō eſt: niſi cōceptus ſpecie ſpecialiſſime. ſi
eñ aliqs alius eſſet ꝯceptus: puta cōceptus cōmunioris alicuius: vl'e eſſet
perfectiſſimus in quē iſta pñt. Et cū ꝯceptus illius cōioris ſit imperfectior
conceptu ſpeciei ſpecialiſſime: ſicut pars eſt imperfectior toto: ſequeretur
ꝙ illa nō poſſent in cōceptum illius ſpeciei: ꝛ ita nunꝙ̄ cauſaret̄ cōceptum F
iſtum: qđ eſt abſurdū. ¶ Scđo principal'r: ſm Auic. metaphyſica. eſt vltima
via doctrine. ergo principia oīum aliarū ſciētiarū poſſunt cōcipi: ꝛ etiam
termini illarum ante principia metaphyſice. Sed hoc nō eſſet ſi oporteret
primo ꝯcipere actualiter cōceptus cōiores ꝙ̄ cōceptus ſpērum ſpāliſſima
rum: tūc eñ primo oporteret ꝯcipiens ꝛ hmōi: ꝛ ita metaphyſica eſt prior
via doctrine quod eſt abſurdū. Tertio principal'r: ſi vl'e magis cognitione
actuali primo cognoſceret̄ ꝙ̄ minus vl'e ꝯfuſe. ſequeret̄ ꝙ intellectꝰ magnū
tpꝫ apponeret anteꝙ̄ deducat̄ in cognitionem ſpeciei: cuiꝰ ſingulare erit
primo ſenſatū: qꝛ prius oporteret intelligere oīa predicata quiditatiua ad G
ipſam anteꝙ̄ ipſam cognoſcat: quod eſt contra experimentū. ¶ Scđa con
cluſio principalis eſt iſta ꝙ in cognitione diſtincta magis vl'ia ſunt primo
cognita cognitione actuali: ꝛ illis ꝓpinqora ſunt p̄ora: ꝛ q̄ ſunt remotiora
ꝑfectiora ſunt. iſta ꝯcl'o ſic ꝓbat̄ ab ipſo. Nil intelligit̄ diſtincte: niſi qñ in
telligunt̄ ea q̄ ſunt in intima rōne eiꝰ ꝛ eſſentiali. Ens aūt includit̄ in rōne
eſſentiali cuiuſlibet inferioris ad entis cōceptū quiditatiuū: ergo nullus
cōceptus inferior diſtincte cōcipi pōt nō concepto ente. Ens aūt nō poteſt
concipi: niſi diſtincte: qꝛ nō hꝫ ꝯceptū niſi ſimpl'r ſimplicē: ergo ens eſt pri
mus conceptus q̄ diſtincte concipi pōt: cognitione actuali: qꝛ aliꝗ ꝯceptus
nō pñt diſtincte cōcipi ſine eo: ipſum aūt bene ſine aliꝗs concipi pōt. Et ex
hoc infert vnū pulchrū ꝙ principia aliarū ſciarum ſunt per ſe nota ex con
fuſa ratione terminoꝝ. Et ex metaphꝭca ſunt ſcita: ponit inſup duas alias
cōcl'ones: quaꝝ vna ꝑtinet ad cognitionē habitualē ſeu eſſentialē. ꝛ de pri
mo cognito prioritate ꝑfectionis de quibꝰ nihil ad pñs. Sed in duabꝰ pri H
mis ꝯcluſionibꝰ iam poſitis debes ſcire ꝙ in ſcđa ꝯcl'one: q̄ eſt de cognitio
ne diſtincta oēs vnanimiter cōuenerūt. ꝙ magis vl'ia ſunt primo cognita:
niſi quidā qui de nouo incipit pħari qui oppoſitū opinat̄ de quo non ſit
nobis cure: nā vt ſcribit phs in primo topi. capite. 9. quolibet ꝓferēte cōtra
ria opinionibꝰ ſapientū de quolibet ſollicitū eſſe ſtultū eſt. Sed in prima
ꝯcl'one principes noſtre militie. vꝫ. beatus doctor ꝛ Scotus vident̄ eſſe
diſcordes. Nam ſanctus doctor in prima parte ſumme. q. 85. arti. 3. tenet
magis vl'ia in cognitione confuſa notiora eſſe minus vniuerſalibus. Et
ideo poſteriores huic opinioni fauētes cōſueuerūt reflectere argumenta
Scoti que adduxit ꝓ prima cōcluſione cōtra ipſum: prima ratio reflectit̄
ſic: qꝛ data illa ratione ſequitur ꝙ intellectus prius habebit cognitionem
diſtinctam de ipſa re ꝙ̄ confuſam: qꝛ illa perfectior eſt cognitione confu
ſa. cum igitur cauſe ꝓductiue vtriuſqꝫ cognitiōis naturales ſint: ꝛ natura
liter agant: ꝛ non ſint impedite: videtur ꝙ prius producēt diſtinctā cogni I
tionem ꝙ̄ confuſam. Quod ſi Scotus dicat ꝙ ante diſtinctam cognitionē
neceſſe eſt intellectum prius diſponi per cognitionem confuſam: a pari di
cam ſibi ꝙ intellectus anteꝙ̄ habeat cognitionem confuſam ſpecie ſpecia
liſſime: oportet ipſum prius diſponi per confuſum conceptum generis et
aliorum vniuerſalium. Et ſic ſoluunt pro vtroqꝫ: ꝛ magis pro Thoma di

UVA. BHSC. IyR_120_3

centes aliquid eſſe diſpoſitũ ad receptionẽ alicuiꝰ forme cõtingit dupliciter poſitiue ⁊ priuatiue. ¶ Priuatiue aliqđ ſubiectũ eſſe diſpoſitũ: qñ non hꝫ cõtrariũ reſpectu forme inducẽde: ⁊ ſic diaphanũ dr̃ eſſe ſumme diſpoſita ꝓ receptione luminis. Et ſic intellectꝰ noſter etiã eſt diſpoſitus ad oĩa intelligibilia: cũ ſit oĩa fieri. 3. de aĩa. tex. cõ. 5. ⁊. 14. ⁊. 17. ¶ Alio modo aliquid dicit̃ eſſe diſpoſitũ poſitiue ꝓ inductione alicuiꝰ forme. Et hoc eſt in caſu quo vna forma nõ põt induci in aliquo ſubiecto: niſi prius inducta aliqua priore: ſicut dicimꝰ ꝙ aer anteq̃ recipiat coloris ſpecies: neceſſe eſt ipſum diſpoſitũ eſſe ꝑ lumẽ. ſicut patet ſcđo de aĩa. com. 67. Et ſic materia prima anteq̃ recipiat formã minus vniuerſalẽ: opꝫ eam prediſponi ꝑ vni-
L uerſalẽ. primo meta. 17. cõ. Sic etiã dicũt de intellectu ꝙ anteq̃ recipiat minus vl'e: opꝫ cũ prius recipere magis vl'e. Et tunc ad formã argumenti dicũt: ꝙ maior illa ſic dꝫ gloſari. agens naturale debite applicatũ paſſo: et nõ impeditũ ꝓducit effectum perfectiſſimũ quẽ põt. verum eſt ſi illud paſſum fuerit priuatiue ⁊ poſitiue diſpoſitum ꝓ recipienda illa forma. Et tũc minor negat̃ in hoc ſenſu: lꝫ eñ intellectus poſſibilis priuatiue diſpoſitus ſit ꝓ receptione cõceptus ſpecifici nõ tñ poſitiue diſpoſitus eſt anteq̃ vniuerſaliores conceptus recipiat. ⁊ ſi querat̃ ab eis. vnde ſit hoc. dicunt iſtud prouenire ex eſſentiali ordine exiſtente inter iſtos conceptus qui ita
M ſe habẽt ꝙ poſterior non poteſt induci nõ inducto priori ⁊ vniuerſaliori. ¶ Secundum argumentũ Scoti reflectum: q2 a pari ego dicam ſibi librũ de celo precedere via doctrine librũ philoſophoꝝ. ſi ipſe teneat conceptũ ſpeciei ſpecialiſſime notiorẽ eſſe conceptu generico. Et ideo ad argumentum Scoti dicentis: ſi magis vniuerſalia eſſent primo cognita in cognitione confuſa actuali: tunc metaphῡica via doctrine precederet alias ſciẽtias. dicunt concedendo totum. vnde diſtinguũt de metaphῡica. quedã eñ pars ſui conſiderat de ſenſibilibus: ⁊ quedã de abſtractis: ⁊ tunc dicũt metaphyſicam quo ad illam ſui partem: que de ſenſibilibus tractat precedere oẽs alias ſcientias via doctrine. Et quo ad illam partem in qua pertractat de abſtractis ſubſtantijs: dicunt illam via doctrine vltimam eſſe: ⁊ ſic conſue-
N uerunt gloſare auctoritatem Auicẽ. ⁊ Auer. 6. meta. cõ. 3. dicẽtium diuinã
Scientia diuina. ſcientiam eſſe vltimã via doctrine. Iſta reſponſio non eſt vera: nec eſt de intentione ſancti Thome: nam cum denominatio fiat a ſuperabundanti: cũ maxima pars metaphyſice de ſenſibilibus pertractet. minima autem particula eius de abſtractis. nam ſolum in. 12. metaphῡice incipit de eis pertractare. a tex. cõmenti. 29. vſq; in finem: ſed totum precedẽs: ⁊ omnes alij precedentes libri de ſenſibilibus ⁊ tranſcendentibus per indifferentiam ſe habentibus ad materialia ⁊ immaterialia pertractat̃. Ergo ſequitur ꝙ abſolute concedendum eſſet diuinam eſſe priorẽ via doctrine: ⁊ ſm̃ quid poſte-
O riorem: qđ eſt abſurdum. ¶ Amplius falſum eſt quod dicunt ꝙ metaphyſica quo ad illam partem que de ſenſibilibus agit ſit via doctrine prior. naꝫ Ariſto. in ſcđo metaphy. in tex. commen. 6. vbi probat non eſſe proceſſum in infinitum in cauſis mouentibus facit rationem: que motui innititur: et que naturalem cognitionem preſupponit: ſicut ſcribit ibi Commenta. ſi-
Plato. militer. 7. metaphyſice. vbi impugnat ideas Platonis quando probat: ꝙ non ſunt ponende propter eſſe generationis. dicit ꝙ hoc eſt: q2 nõ poſſunt materiam tranſmutare. nam tranſmutatio omnis fit per contactum. talis autem fit ratione q̃titatis. contingentia enim. 5. phyſi. 22. ſunt quorũ vltima ſimul ſunt. vnde patet inſpicienti. commen. 28. ⁊. 31. illius ſeptimi: ꝙ tales rationes preſupponunt ſcientiam materialem. Similiter illud non eſt
Thomas de intentione ſancti Thome. Nam in prohemio metaphyſice in lectione

UVA. BHSC. IyR_120_3

ſecunda ſuper illo paſſu phi.vniuerſalia ſunt difficillima ad cognoſcendū dubitat cōtra philoſophum:qꝛ vt inquit videt̄ cōtradicere ſibi phs in pri phyſicorum tex.cō.3.ꝛ.4.vbi oppoſitū videt̄ tenere.vꝫ.ꝙ vniuerſalia ſunt nobis primo nota.Et ſoluendo dicit.ꝙ vniuerſalia in cognitione incom=pleta ſunt notiora nobis minus vniuerſalibus.vnde cum vniuerſaliſſimū omnium ſit ens et res:ideo iſta prima cognitione concipiuntur iuxta il=lud Auicen.Ens ꝛ res prima impreſſione imprimunt̄ in anima noſtra.vnde ſicut in eſſe nature prius eſt animal q̄ homo: cum natura de imperfe=cto ad perfectum procedat:ſic etiam eſt apud intellectum noſtrum in co=gnitione prima prius concipitur animal q̄ homo:ſed in cognitione completa:ꝛ in inueſtigatione naturaliū proprietatum ꝛ cauſarum.prius ſunt nota minus communia:eo ꝙ per cauſas particulares que ſunt vnius ge=neris ꝛ ſpeciei:peruenimus in cauſas vniuerſales.Et ſic patet ſm̄ viaꝫ ſan P
cti doctoris ſolutio ad ſecundum argumentum Scoti probantis metaphy Scotus.
ſicam via doctrine precedere reliquas ſcientias.¶Dico ꝙ licet Thomas incognitione quo ad ſimplicem apprehenſionem terminorū tenuerit ma=gis vniuerſalia eſſe notiora minus vniuerſalibus. Tamen hoc non tenet in cognitione p̄ diſcurſum habita:qualis eſt cognitio metaphyſica:ꝛ alia=rum ſcientiarum.Et hoc patet in inductione in qua a ſingularibus tanq̄ ex precognitis deuenimus ad vniuerſalia.ſicut patet in primo poſterioꝝ. ad principium.et hoc videtur eſſe de intentione Auer.primo phyſicorum in commen.5.vbi verbum illud in textu.3.Sunt autem nobis prius nota confuſa magis.dupliciter exponit:et in ſecunda expoſitione dicit:ꝙ p con fuſa magis exponi poteſt ipſum ſingulare:quod licet non ſit principium ſcientie:eſt tamen principium inquiſitionis vniuerſalis:quod eſt princi=pium artis et ſcientie.Et ſecundum primam expoſitionem per cōfuſa ma=gis exponit ſpecies:ꝛ quomodocūq̄ ſit:patet ꝙ ibi loquitur de via doctri ne:que eſt cognitio habita per demonſtrationem ſigni:ſicut ipſe habet in expoſitione tex.commenti.21.Et ita ſm̄ Auer.videtur ꝙ in cognitione ha=bita per diſcurſum non eſt neceſſarium a magis vniuerſalibus ſemper inci Q
pere quo ad viam doctrine.Sic igitur ad ſecundum Scoti dictū ſit. ¶Ad tertium argumentuꝫ Scoti dicentis ſi magis vniuerſale eſſet primo notū. tunc intellectus magnum tempus apponeret anteq̄ deueniret in cognitionem ſpeciei ſpecialiſſime:dicunt retorquendo argumentum contra Auctorem:quia a pari ſequeretur ꝙ ſi ſpecies ſpecialiſſima eſſet primo nota:tūc intellectus magnum tempus apponeret anteq̄ deueniret in cognitionem generis generaliſſimi vel ipſius entis.patet cōſequentia.nam eadē eſt via ab Athenis Thebas:ꝛ a Thebis ad Athenas.Et ideo ſoluentes dicunt.ꝙ intellectus aliquando magnum tempus apponit anteq̄ deueniat in co=gnitionem ſpeciei ſpecialiſſime.Et hoc in caſu quo non eſt informatus p̄ ſuperiores ꝛ vltiores conceptus : ſed q̄ primum tales conceptus habuerit ſtatim deducitur in cognitionem ſpeciei:hec communiter et paſſim dicun=tur contra Scotum.Et ad argumenta ſua he ſolutiones ſunt famoſe.

¶Alia opinio famoſa ſatis eſt opinio cui ſuſtentatur ſanctus Thomas Opinio.
in prima parte ſumme.queſtione.85.arti.3.vbi habet.ꝙ in cognitione no=ſtri intellectus duo oportet conſiderare:vnum ꝙ noſtra cognitio intellecti ua aliquo modo a ſenſitiua primordium ſumit.Et quia ſenſus eſt ſingula R
rium:intellectus vero vniuerſalium.Neceſſe eſt quod cognitio ſingulariū quo ad nos prior ſit quam cognitio vniuerſalium.ſecundo oportet conſi=derare ꝙ intellectus noſter de potentia ad actum procedit:omne autē qđ procedit de potentia ad actum prius peruenit ad actum incompletuꝫ quā

UVA. BHSC. IyR_120_3

eſt medius inter potentiam ⁊ actum:ꝗ ad actum perfectū. Actus aūt per-
fectus ad quē peruenit intellectus eſt ſciētia cōpleta per quā diſtincte ⁊ de
terminate cognoſcunt̃ res. Et iō anteꝗ intellectus ad talē cognitionē deue
niat ex pura negationis ignorantia neceſſe eſt ipſum deuenire prius in co-
gnitionē aliquā in qua res ſub cōfuſione quadā ⁊ in vniuerſali cognoſcū
S tur. Et iō cōcludit:ꝙ cognitio alicuius vniuerſalis cōfuſa mediat inter pu-
rā potētiam ⁊ actū purū ⁊ diſtinctū. ⁊ vult ꝙ primū cognitum cognitione
cōfuſa ſit magis vniuerſale loquēdo de actuali cognitione. ⁊ qꝛ ſenſus etiā
exit de potētia ad actum ꝯſimilē ordinē etiā in ſenſu ponit. vñ ſm ſenſum
prius iudicamus:⁊ ſm tēpus ⁊ ſm locū aliquid magis cōmune ꝗ aliquid
minus cōmune. ſm tēpus quidē:nam pueri vt inquit phs.1.phyſi.tex.com
mē.5. prius appellant oēs viros patres:⁊ omnes feminas matres: ꝗ poſte-
rius autem determināt vnūquodqꝫ. ſm locum autem:quia prius cōprehē-
dimus aliquem venientem a remotis eſſe corpus ꝗ animal:⁊ prius qd ſit
Instātia. animal ꝗ homo:⁊ prius ꝙ ſit homo ꝗ hic homo:puta Callias vel Plato.
¶ Cōtra iſtam opinionē que cōmuniter teneri ſolet etiā ab Auer. inſtatur
ſic. primo quātum ad primam rationem in qua dr̃ ꝙ intellectus prius de-
uenit ad actum mediū ꝗ vniuerſalis eſt:⁊ imperfectus ꝗ ad actum cōple-
T tum:quero aut iſte trāſitus ſit per oīa media:aut per aliqua ſic:⁊ per ali-
qua non:nō poteſt dici primū:qꝛ hoc eſt impoſſibile. nam teſte pho.7.me-
ta.tex.cōmē.28. plura genera rerum ſunt innominata ⁊ incognita nobis:
nec poteſt dici ſcd̃m: qꝛ nō eſt maior ratio de vno ꝗ de alio:cū vnūquodqꝫ
iſtorum eque bene habeat rationem medij inter extrema ſicut aliud. Ratio
igitur iſta innixa rationi medij inter extrema nō videtur efficax:⁊ cōfirma
tur:quia iſte ordo:aut eſt eſſentialis:aut accidentalis. ſi accidētalis: cum
omne accidentale remouibile ſit ⁊ ſine contradictione ſeparari queat. ſequi
tur ergo ꝙ intellectus poſſet habere indiſtinctum ſpeciei conceptum non
habitis alijs cōceptibus ſuperioribus:qd ipſe hʒ pro inconuenienti. ⁊ ſi eſt
eſſentialis:tunc ſequitur ꝙ intellectus per omnia iſta media tranſibit an-
teꝗ deueniat in extremum:quia in eſſentialiter ordinatis quicquid per ſe
competit vni per ſe competit alteri. Et ideo ſi vni mediorum eſſentialiter
competit ꝙ intellectus prius deueniat ad illud ꝗ ad extremum:ſi ordo in
Actus. omnibus medijs eſſentialis eſt:ſequitur ꝙ ita erit in omnibus reliquis:
qd tamen falſum eſt:⁊ contra phm. ¶ Amplius. actus eſt ratio cognoſcēdi:
ſed minus vniuerſale:⁊ precipue conceptus ſpeciei ſpecialiſſime plus ha-
V bet de actu ꝗ conceptus generis. Ergo ſequitur conceptum ſpecificū eſſe
primo notum. Maior eſt phi.9.meta.tex.commen.20. Et minor eſt Porphy
rij in cap. de differētia:dicentis. Differentia eſt quo ſpecies abundat a ge-
nere:et per conſequens plus actualitatis includit ſpecies ꝗ genus. ¶ Am-
plius ſi intellectus prius cognoſcit magis vniuerſale ꝗ minus vniuerſa-
le:aut hoc eſt merito intellectus:aut hoc eſt merito obiecti:aut hoc eſt meri
to ordinis exiſtentis inter conceptus obiectales ipſius intellectus: non po
teſt dici ꝙ hoc ſit merito intellectus: quia aut hoc eſt reſpectu intellectus
poſſibilis:aut hoc eſt merito intellectus agentis. non poteſt dari primum:
quia intellectus poſſibilis eſt omnia fieri. ⁊ eſt pura potentia intelligibi-
lium omnium in qua nihil eſt diſtinctum:nō etiam eſt ex parte intellectus
agentis:quia ipſe eſt oīa facere per indifferētiam ſe habēs. ſicut patet.3.de
anima.tex.commen.17. Nec eſt merito obiecti in ſe:quia obiectum ſi immu
tat intellectum:hoc eſt inquātum eſt actus vel actu participans:modo ſtat
minus commune plus actualitatis habere ꝗ magis commune:ſicut in ſe-
quentibus oſtendetur. non etiā eſt hoc merito ordinis:quia ordo iſte aut

UVA. BHSC. IyR_120_3

eſſet eſſentialis aut accidentalis:⁊ quodcunqꝫ datuz fuerit deducatur vt ſu
pra.¶Amplius.⁊ eſt argumentum quod elicitur ex dictis Scoti in queſtio x
ne propria de hac materia ſuper primo ſententia.diſtinctio.3. queſtione.2.
Si magis vniuerſale eſſet primo cognitum cognitione confuſa ⁊ actuali:
ſequitur ꝙ conceptus entis eſſet primo cognitus cognitione cõfuſa. conſe-
quens eſt falſum:quia conceptus entis non poteſt confuſe concipi: ſed ſo-
lum diſtincte.nõ enĩ habet aliquid per quod poſſit ſciri : ⁊ aliquid ꝑ quod
poſſit ignorari:cum ſit ſimpliciter ſimplex.cõſequẽtia clara eſt de ſe:nã in-
ter omnes cõceptus:conceptus entis vniuerſaliſſimus eſt.¶Amplius.⁊ eſt
argumẽtum eiuſdem:illud qđ eſt difficilioris abſtrationis eſt difficilioris
cognitionis.Sed conceptus genericus eſt difficilioris abſtractionis con-
ceptu ſpecifico:ergo. Tunc vltra que ſunt difficilioris cognitionis poſte-
rius cognoſcuntur.Conceptus generici ſunt difficilioris cognitionis con
ceptibus ſpecificis:ergo poſterius cognoſcuntur.Minor prioris ſibi pro-
batur auctorite Boetij dicentis.ꝙ ſpecies eſt tenuis ſimilitudo indiuiduo y
rum.et genus magis tenuis ſpecierum.Et per conſequens difficilior eſt ab Boetius.
ſtratio generis q̃ ſpeciei.¶Amplius.quod habet ratione totius eſt prius
notum:eo ꝙ habet rationem partis.ſicut colligitur ex intentione philoſo-
phi in primo phyſico.tex.commẽ.4..Sed ſpecies ſpecialiſſima reſpectu ge
neris ⁊ differentie habet rationem totius:cum ſpecies ſit quoddam totum
compoſitum ex genere ⁊ differentia ſicut dicit Commentator primo phyſi
co.commen.5.Ergo ſpecies videtur habere rationem prius cogniti confu-
ſe.hec ſunt que contra hanc viam obijci ſolent.

¶Dico ꝙ iſta queſtio eſt multũ difficilis:quia vbi ſubtilis doctor diſcre- 3
pat a beato doctore difficile eſt videre veritatem: conabor tamen oſtende- Opinio
re veritatem in hac materia q̃tum mihi poſſibile fuerit.Et propter hoc de propria.
bes ſcire aliqua que ſunt tanq̃ radices: et ſuppoſitiones in diſſolutione
iſtius queſtionis.Prima radix eſt iſta.ꝙ intellectio noſtra que communi-
ter contingit nobis:ortum habet a ſenſu:hoc eſt de intentione philoſophi
tertio de anima.text.commen.20.et.39.vbi habetur quod ſine intellectu
paſſiuo:qui:vt exponit ibi Commentator: cogitatiua virtus eſt: nihil in-
telligit anima.Et ideo dixit.39.tex.primi quidem intellectus quid differẽt:
vt non phantaſmata ſint?Et ſoluendo reſpondit:aut neqꝫ hi phantaſma-
ta:ſed non ſine phantaſmatibus.Secunda radix eſt iſta.quod cum intelle-
tus duplex ſit pro nunc agens.ſ.⁊ poſſibilis alter eſt omnia fieri: alter eſt
omnia facere.3.de anima.text.commen.17.Et quia intellectus poſſibilis
nullam aliam habet naturam:niſi hanc ꝙ poſſibilis ſit qui vocatur anime
intellectus.ibidem tex.commen.5. Inde ſequitur ꝙ cum ens in potentia
non deducatur ad actum:niſi ab aliquo ente in actu.9.metaphy.tex.com.
13.inde ſequitur ꝙ illud quod intelligitur ab intellectu noſtro:intelligi-
tur ſm ꝙ eſt in actu.Et iſta eſt clara ſententia Ariſt.9.meta.tex.cõ.20.vn-
de debes ſcire ꝙ intelligibilitas ſm doctrinam Ariſt.⁊ Auer.eſt paſſio pri-
mo per ſe competens enti in actu quatenus ens actu:non autem eſt paſſio
primo cõpetens enti inquantum ens eſt.Et hoc demonſtraui aľs ſic. illa ẽ
paſſio primo competens alicui que competit illi ratione illius.itaqꝫ ꝙ poſito
illo donatur immediate talis paſſio:⁊ illo primo remoto primo remouea-
tur illa paſſio ſm doctrinam Ariſto.primo poſterio.in.c.de vniuerſali. Sꝫ
actualitas eſt hmõi reſpectu intelligibilitatis.quia poſita illa mediate po-
nitur intelligibilitas.nõ enĩ eſt dare ens actu qđ non ſit intelligibile. ſilr
remota actualitate ab aliquo remanente qualibet alia rõne priori illud nõ
eſt intelligibile: ſicut eſt de materia prima ſm ſe. et ſolitarie conſiderata;

UVA. BHSC. IyR_120_3

que licet vt ſic ens ſit: non tamē intelligibilis eſt ſm v iam ariſto.7.meta.
tex.cōmē.35.vbi habet ꝙ materia ſm ſe eſt ignota. Et tñ mã eſt ens: nec
valet ſi dicatur: vt quidam dicere conſueuerunt. ꝙ hoc intelligitur quan-
tum ab actum non quantum ad potentiam. Nã philoſophꝰ prio phyſico.
tex.commēti.69.habet ſubiecta quidē nã ſcibilis eſt per analogiã ad for-
mam. vbi loquitur philoſophus quo ad potētiam ⁊ aptitudinē nedū quã-
tum ad actum. ⁊ Cōmētator ibi in cōmē.d. Et iſta natura ſubiecta per ſe nō
A poteſt intelligi per ſe: cum non ſit aliquid in actu habens quiditatem. Ec-
ce quomodo Cōmētator nedum negat actum verum ēt potētiam ad hoc
ꝙ materia intelligibilis ſit per ſe ⁊ ſolitarie conſiderata. ⁊ hoc non ꝓꝑ aliã
cãm: niſi qꝛ non habet quiditatem in actu: ergo actualitas eſt prima ratio
intelligibilitatis tam ſm actum ꝙ̃ ſm potentiam. ¶ Amplius Commenta-
tor.4.phyſi.commen.16.dicit ꝙ materia non poteſt intelligi ſine forma.
¶ Amplius Commentator.12.meta.cōmen.14: dicit loquendo de prima
materia. Iſta natura qꝛ nō hꝫ formã. ideo nō hꝫ intentionē intellectã ab
ea: ecce igitur ꝙ remota actualitate ab aliquo remanente in illo entitate:
remouetur intelligibilitas nedum actu verum etiam potētia: quod etiam
ratione demonſtratur. Nam eiuſdem eſt potentia: cuius eſt actus ſubiecti-
ue loquendo ſicut colligitur de intentione philoſophi in lib. de ſomno ⁊ vi-
gilia. per hoc enim probat ibi. ꝙ cum actus ſentiendi ſit cōpoſiti: ſic etiã et
potentia erit in compoſito tanꝗ̃ in ſubiecto. ſi igit̃ mã vt ens preciſe ⁊ ſoli-
tarie cōſiderata pōt intelligi ſm potētiã: non erit inconueniēs ꝙ ēt hꝫ actū
intelligat̃. ¶ Amplıꝰ Cōmētator.3.ph.cō.15.ex intētione philoſophi. dicit
B motum eſſe diſſimilis cognitiōis ꝓꝑ imꝑfectionē ſue nature ꝓꝑ ipſm habe-
Argumē- re cōicationē cū potētia. Et ꝯſilr̃ dicit de tpe ⁊ numero.4 ph.cō.131. argu-
tum. tur ergo ſic, oppoſitoꝝ primi: ⁊ per ſe effectus ⁊ ꝓprietates ſunt oppoſite.
ſed ꝓprietas ꝑmo ⁊ per ſe inſeqnēs potētiã eſt occultatio. ergo ꝓprietas
ꝑmo ⁊ per ſe inſequēs actū eſt manifeſtatio: ⁊ cōfirmat̃ p auer. imo p ari. in
2.meta.tex.com.2.qui duplicem difficultatis cãm in itellectione aſſignat.
vnam ex parte obiecti: aliam ex parte potētie. Et Cōmētator ibi. in cō. di-
cit. ꝙ difficultas in cognitione rerum materialiū eſt ex parte ipſaꝝ: qꝛ nō
ſunt actu intellecta: ſed potētia intellecta: cū includãt mãm que radix ē po-
tentialitatis: que eſt ratio oppoſita agendi tam in actione reali quã ſpi-
rituali: cum forme ſit agere. ex.2.de generatione.53.⁊.3.phy.17.⁊.12.met.
30.⁊.9.meta.20. ꝙ ſi quis inſtare voluerit ens eē primū intelligibilitatis
ſubiectum auctoritate philoſophi.4.meta.tex.cō.4. vbi hꝫ. ꝙ res ſicut ſe
habet ad eſſe: ita ſe hꝫ ad veritatem: dicemꝰ ſibi hoc verū eſſe:. ſed aduertãt
iſti ꝙ ens dicitur de ente in actu ⁊ de ente in potentia analogice, ⁊ tunc ſen-
ſus eſt iſte: ꝙ ſi aliquod fuerit ens actu illud eſt primo intelligibile. ſi aũt
aliquid eſt ens in potentia illud potentia eſt intelligibile rōne qua actu ꝑ-
ticipat. nunꝗ̃ enim intelligibilitas enti in potentia tribuit̃. niſi ratione en-
tis in actu tanꝗ̃ ratione illius ad quod primo ⁊ per ſe cōſequit̃ intelligibi-
litas. vnde Commentator.9.meta.cō.20.ſcribit ꝙ intelligere quod eſt in
potentia non venit ad actū: niſi per aliud intelligere quod eſt in actu. Et
hoc non eſt dubium, immorari enim ſuper hoc eſt ſuperfluum. dicat Scotꝰ
et moderni quicquid velint: iudicio meo iſta fuit indubitata auer. ſenten-
tia ꝙ intelligibilitas eſt prima paſſio entis in actu non entis: niſi eo mo-
do quo riſibilitas diceretur paſſio animalis. Stantibus ergo iſtis radici-
bus tanꝗ̃ veris manuducam intellectum tuum ſtatim in cognitionem ve-
C ritatis. Dico ꝙ ſi volumus videre quod ſit primum cognitum in cognitio-
ne confuſa: opꝫ recurrere ad ſenſum. Nam iſtud ſicut mihi videtur eſt pre-
cipuum

UVA. BHSC. IyR_120_3

cipuum fundamentū ſuper quo fundatꝰ Auer. in hoc prologo primi phyſi.
inqt em. 4. ⁊ 5. comentis. ꝙ cā pp quam via doctrine ſunt nobis nota cōfu= Lector.
ſa magis: ⁊ cā ꝓpter quā magis vlia ſunt notiora ſuis ſpeciebus ex quibꝰ
cōponuntur: ⁊ cā pp quā nomina ſpecierꝫ ſunt notiora ſuis ptibus diffinie
tibꝰ apud intellectū: eſt: qꝛ ſingulare qđ eſt quodđā totū eſt cognitū apud D
ſenſum priꝰ ſuis ptibus. Si igitur inſpiciamus ad iſtā radicē: videbimꝰ in Totum.
de pullulare iſtā veritatem: ⁊ eſt: ꝙ ſenſui: vt in pluribus accidentia vniuer
ſaliora ſunt notiora ſibi: ⁊ ſm tempus ⁊ ſm locū accidentibus minus vni=
uerſalibus. ſm locum quidē: nam vt ait Themiſtius ſup expoſitione tex.
commen. 4. primi phy. in ſenſibilibus videre licet accedentis procul aialis
celerius totum corpus: ꝙ̄ caput: aut manum: aut partem aliquā cōprehen=
di. eodem modo promptius eſt dicere id qđ patet eminus animal eſſe ꝙ̄ ho
minem: ita ⁊ in his quorum rationes querimus vniuerſalia atqꝫ cōmunia
manifeſtiora ſunt nobis ꝙ̄ proxima ⁊ particularia. ſm tempus vero: qꝛ vt E
hꝫ phus in tex. pueri prius appellant omnes viros patres: ⁊ omnes femi=
nas matres: tanqꝫ: vt inquit ibi Themiſtius: qui matrem ⁊ feminam perin
de ac communia quedam vocabula prius cognoſcant. Sed vbi vegetioři=
bus ſenſibus fuerint diſpoſiti ad minus communia accedunt. Recte igitur
dixit Auer. ꝙ ex hoc ꝙ indiuiduum demonſtratum notius eſt apud ſenſuꝫ
ꝙ̄ ſue partes: eſt cauſa in hoc: ꝙ illa duo tota ſunt notiora apud intellectū.
Et confirmatur hoc. vꝫ. ꝙ accidentia vniuerſaliora: vt in pluribus notio=
ra ſunt nobis: nam vt ſcribit Commentator. 8. phy. ⁊ primo celi vtrobiqꝫ.
commen. 22. Experimentum ſermonum verorum eſt: vt concordent ſenſa=
tis: videmus ꝙ ſi aliqua planta vel aliquis lapis precioſus alicui oſtenda
tur. primo iudicabit illud vel plantam vel lapideꝫ eſſe in genere: quale au
tem ſit vnumquodqꝫ iſtorum in ſpecie dignoſcere non poteſt: ⁊ hoc nō eſt
propter aliam cauſam: ſicut mihi videtur: niſi quia accidentia generis no F
tiora ſunt ſenſui accidentibus ſpeciei. Et ideo cum intellectus noſter in in=
telligendo imitetur ſenſum a pari videtur ꝙ conceptus generans illius la
pidis vel plante prius percipiatur ab intellectu ꝙ̄ conceptus ſpecificus: ꝗ
adhuc ſenſui ignotus eſt. quid enim prohibet in illo priori conceptuꝫ illū
intellectui innoteſcere non video. Quod ſi in aliquo caſu contingeret acci
dentia inſequentia ſpeciem ⁊ naturā minus communem notiora eſſe acci=
dentibus inſequentibus naturam magis communem. dico ꝙ loquendo de
cognitione confuſa actuali quicquid ſit de habituali prius intellectus per
cipiet conceptū ſpecificum ꝙ̄ conceptum genericuꝫ. Et hoc ſicut mihi vide
tur: nullus ſani capitis negare poteſt. Nam ſm phm. 7. meta. tex. commen.
2. Sunt aliqua genera intermedia innominata. aliquod enim eſt genus
proximum equo ⁊ aſino quod innominatum eſt. Et non eſt dubium ꝙ acci
dentia inſequentia naturas ſpecificas iſtoruꝫ ſcꝫ equi ⁊ aſini notiora ſunt
accidentibus inſequentibus tale innominatum genus: ſtante igitur cogni
tione illorū in ſenſu talia poſſunt agere in intellectu mere naturaliter quo
ad primam immutationem. Et in illo inſtanti accidentia magis vlia non
agunt in intellectum: cum per caſum ſint ſenſui ignota: ergo in illo priori
in quo iſta ſunt nota ⁊ illa ignota ſtat iſta immutare intellectum qui de ſe
eſt omia fieri anteqꝫ accidentia vliora ſint ſenſui nota. non emꝰ eſt ibi actio
aliqua ſubiacens imperio voluntatis que retinere poſſit obiectum minus
commune non agere: niſi prius obiectum magis cōmune agat. Nam obie
ctum relucens in phantaſmate naturaliter agit in intellectuꝫ. Et aptū natū
eſt ad immutationem intellectus quo ad cognitionem ſui: ⁊ non alterius. G
ſicut quilibet ſani capitis ſcire pōt. Quis ex philoſophantibus antiqs ne=



UVA. BHSC. IyR_120_3

garet mihi equi ⁊ aſini cōceptū prius intellectui inoteſcere conceptu gn̄is innoīati in quo iſta ↄueniūt: Rō igit̄ ꝙ prius aliquid inoteſcat intellectui non eſt: qꝛ illud alio ſit magis cōe abſolute: ſed requirit̄ ꝙ ſit magis ſenſa
Intellꝰ. tū: qꝛ intellectꝰ noſter in intelligēdo depēdet a ſenſu: ſi igitur qn̄qꝫ ↄtigerit minꝰ cōe eſſe magis ſenſatū magis cōi: nō video quo ad actualē cognitionē quicq̄d ſit de habituali quin minꝰ cōe in hoc caſu prius intelligat̄ ab intellectu q̄ꝫ magis cōe. Et iſta eſt ſnīa phi ſine dubio. vnde in ſexto topi. c. 4. dicit ꝙ corpꝰ eſt magis notū quo ad nos q̄ꝫ ſuperficies: ⁊ ſupficies magis q̄ꝫ linea: qꝛ magis ſub ſenſu cadunt. Secus aūt eſt quo ad nām. Et ſi Subtilis doctor habuerit iſtū ſenſum: ſicut ꝑtendūt verba eiꝰ: credo opinē illam verā eſſe. Nec ſancto doctori repugnabit quātū ad hoc. Nā ipſe dicit ꝙ conceptꝰ ſpēi cuius ſingulare fortiꝰ mouet ſenſum eſt primo cognitus ab intellectu. ſed moderni ſequaces volunt ſuſtinere iſtam viā vl'r ſicut ſequaces ſancti Thome vl'r volūt tenere ꝙ magis vl'ia ſunt notiora. Sed nos mediādo inter iſtas duas vias dicimꝰ. ꝙ qn̄qꝫ vl'ia ſunt notiora minus vl'ibus. ⁊ hoc qn̄ eis fuerint magis ſenſata: ⁊ qn̄qꝫ ↄtingit oppoſitum vꝫ. ꝙ minꝰ vl'ia ſunt primo cognita. ⁊ hoc qn̄ illa fuerint magis ſenſata magis vniuerſalibꝰ. ¶ Sed pp quid eſt ꝙ cōiter dicit̄ magis vl'ia notiora eſſe
Alia. b minus vl'ibus. Dico ꝙ quia in pluribus contingit accidentia ſingulariū ipſorum magis vniuerſalium eſſe magis ſenſata accidentibus ſingulariū minus vniuerſaliū: ⁊ qꝛ denominatio fit a ſuperabūdanti: ideo hoc contingit: tamen iſtud non eſt vl'r verum. ſicut quidam ꝑterui ſuſtinere volunt: ſciant iſti propoſitiones naturales non ſemper verificari vniuerſal'r: ſufficit quandoqꝫ eas verificari. vt in pluribꝰ. Eorū enim que nā fiunt: quedaꝫ ſūt ſemper: ⁊ quedam frequenter. Radix igitur iſtius veritatis fuit ſenſus ſicut vidiſti. Et hoc erat ꝙ Commentator in hoc prologo plerūqꝫ ad hanc radicem aſpiciens dicebat ꝙ rō ꝑpter quā vl'e qđ eſt quoddā totū notius eſt apud intellecum: eſt: qꝛ particulare quod eſt quoddam totum eſt notiꝰ
Rn̄ſio. apud ſenſum. ¶ Ad queſtionem ergo querentē vtrum magis vl'e notiꝰ ſit minus vl'i cognitione confuſa ⁊ actuali: non eſt ſimpl'r rn̄dendum: qꝛ queſtio multiplex eſt: ſed debemus diſtinguere: qꝛ aut cōparat̄ magis vl'e ad minus vniuerſale: vt eſt quoddā totum: ⁊ minus vl'e eſt pars magis vl'is: aut cōparatio talium eſt cōuerſo modo: ita. ſ. ꝙ magis vl'e conſideretur: vt eſt pars minus vl'is: qđ accidit vniuerſaliter qn̄ minus vl'e conſideratur: vt eſt diffinitum quoddam ⁊ confuſum ⁊ totius rationem habens: ⁊ minꝰ vl'e: vt eſt diffiniens: ⁊ eſt pars diffinitionis eius: ſi primo fiat comparatio diſtinguendum eſt adhuc: nam aut ſingulare magis vniuerſalis eſt magis ſenſatum q̄ꝫ ſingulare minus vniuerſalis: aut econtra. ſi p̄mum ſic magis vl'e eſt notius prius intellectu q̄ꝫ minus vl'e. Si detur autem oppoſitum. dico tunc ꝙ minus vl'e eſt notius magis vniuerſali: ſi aūt cōpatio fuerit inter magis vl'e et minus vl'e: vt vnum eſt diffiniens: ⁊ aliud diffinitum dico ꝙ in prima cognitione actuali ⁊ confuſa prius occurrit intellectui minus vl'e: quod eſt quoddam totum q̄ꝫ magis vl'e: quod eſt pars eius: vt ſic. et ratio iſtius eſt. qꝛ particulare quod eſt quoddā totum priꝰ inoteſcit ſenſui q̄ꝫ ſue partes: vnde ſiquis ingrediatur in aliquā domum prius occurrit ſibi tota compoſitio q̄ꝫ partes eius. ſic nomina ſpecierum diffinitarū que confundunt in ſe pates ex quibus componuntur notiora ſunt nominibus partium diffinientium: ⁊ hoc voluit Ariſto. p̄mo phyſi. tex. cōmen. 5. et Themiſtius ibi in commento. ⁊ hoc ſentit ēt ſanctus Doctor in p̄ma
3 parte ſumme. q. 85. ar. 3. Et in expoſitione iſtius prologi: vbi ipſe ſoluit cōtradictionem philoſophi in tex. 3. ⁊. 4. ex vna parte: ⁊ in tex. 5. ex alia parte:

UVA. BHSC. IyR_120_3

ſicut igitur ſenſus prius fertur in totum q̃ in partes: et prius in confuſam
cognitionē q̃ in diſtinctā. ſic prime cognitiōis nālis noſtri intellectꝰ ordo
eſt: vt prius in nomē diffiniti ſe transferat q̃ in noīa diffinientiū: ⁊ priꝰ co
gnitionē q̄d noīs que cōfuſa eſt attingit q̃ attingat diffōnē q̄d rei q̄ diſtin
cta eſt. Recte igit̄ diximꝰ ꝙ radix ducens nos ad veritatē iſtiꝰ qōnis ſēſus
eſt: ⁊ iſta radix cōicat cū illa alia q̄ eſt ꝙ rō cognoſcēdi eſt ab actu. Et ideo
res magis ſenſate magis ⁊ prius inoteſcūt intellectui: q̄ꝛ tales magis ſunt
in actu ad mouēdum intellectum q̃ ſint res minus ſenſate. vnde Cōmēta-
toꝛ. 2. de aīa. cō. 92. ꝙ compꝛehēſio d̄rīarū ſenſibiliū a ſenſu cā eſt ꝯphen-
ſionis eaꝝ ab intellecu: ⁊ ideo dixit ph̄s ibidē. ꝙ nō eſt manifeſtū quale q̄d
ſit odoꝛ. Et reddens cām huius. inquit. cā aūt hꝰiꝰ eſt: q̄ꝛ ſenſum hūc non
habemꝰ certū: ſed peioꝛē multis aīalibꝰ: ſed ſi quis arguat ꝯ ſm̄ dcm̄ ꝓbā
do magis vniuerſalia notioꝛa eſſe minus vniuerſalibꝰ inquātū diffiniētia
ſunt: q̄ꝛ ſexto topico. diffinitio datur per notioꝛa. Rn̄r. ꝙ diffiniētia ad dif
finitum dupl'r comparari poſſunt. Uno mō in cognitione cōfuſa que ē per
diffinitionem quid noīs. Alio modo quo ad diffinitionē quid rei diſtin-
ctam. Et iſto modo habet per verum genus ⁊ veram differētiam. Et pꝛimo
quidem modo: dico ꝙ magis vl'e eſt minus notum. q̄ꝛ hꝫ rōnem partis: et
minus vniuerſale eſt magis notum: q̄ꝛ hꝫ rationem totius ⁊ ꝯfuſi. Sed in L
cognitione diſtincta. dico ꝙ eſt econtra. q̄ꝛ cauſe notioꝛes ſunt: ⁊ pꝛioꝛes
nature q̃ ſint effectus: diſtincta autem cognitio procedit ex notioꝛibus ⁊
pꝛioꝛibus quo ad naturam: non quo ad nos: per iſtum modum igitur ſol
uendi tolluntur omnes difficultates. ⁊ contra diuiſiones. Unde ratio ſan.
Tho. in pꝛima parte ſumme. q. 85. ar. 3. in qua. d. quod tranſiens de extre-
mo ad extremum ⁊ de potentia pura in actum pꝛius debet tranſire per me
dium ⁊c. Dico quod verum eſt: ſed non eſt neceſſarius iſte trāſitus quo ad
cognitionem actualem: ita ꝙ fiat per omnia media non eſt neceſſariuꝫ: nā
ſi taliaꝫ media non fuerint ſenſata: aut male ſenſata non eſt neceſſarium
intellectum prius in cognitionem iſtoꝛum deuenire q̃ in cognitioneꝫ ſpe
cierum: vnde ſicut dicit Commentatoꝛ. 2. de anima. commen. 105. Albedo
quando tranſfertur ad nigredinem: quandoqꝫ tranſit mediante kiano. et
in aliquo tranſit mediante karoppo: ſic intellectus noſter quo ad actua-
lem cognitionem tranſit a magis vniuerſali ad minus vniuerſale: vbi tale
fuerit magis ſenſatum: et ſi fuerint aliqua minus vniuerſalia que mediēt
que non fuerint ſenſata: non opus eſt intellectum per ea actualiter tranſi
re: quia tunc magnum tempus apponeret anteq̃ ad actualem cognitionē
ſpeciei ſenſate deuenire poſſet: qđ eſt contra experientiā: lꝫ igitur intelle-
ctus quo ad habitualē vel virtualem cognitionē priꝰ aptus natus ſit pro
cedere a magis vl'ibus ⁊ a cōioꝛibus ad minus cōia: ſicut bene dixit i hoc
Subtilis doctoꝛ. 3. diſtin. pꝛimi. q̄ꝛ foꝛme que apte ſunt perficere aliquid ꝑ
fectibile oꝛdine quodam perficere nate ſunt perficere mediatius et minus M
mediate: ita ſi eadē foꝛma virtualiter plures foꝛmas ꝯtineat illaꝝ foꝛma
rū oꝛdinataꝝ quaſi ꝯſili oꝛdine ꝑficiet illđ ꝑfectibile: ſicut ſi foꝛa ſbē ⁊ foꝛ
ma coꝛpoꝛis eſſent alie foꝛme in aliquo pꝛius infoꝛmaret foꝛma ſubſtātie
q̃ foꝛma coꝛpoꝛis: ita ſi vna foꝛma virtualiter in aliquo cōtineret vtriuſ
qꝫ foꝛme perfectionem pꝛius infoꝛmaret natura ſub gradu cōioꝛi quā ſub
gradu minus communi cum nā procedat de potentia ad actū: vnde Com
mentatoꝛ pꝛimo meta. cō. 17. dicit ꝙ materia pꝛius recipit foꝛmas magis
vniuerſales q̃ minus vl'es: ⁊ mediantibus eis recipit particulares foꝛas
(non ꝙ ipſe velit foꝛmam vl'em realiter diſtinctam eſſe a foꝛma minus vli ⁊



UVA. BHSC. IyR_120_3

ſicut quidam tenuerunt ex intentione eius)ſed vna ⁊ eadem forma pri⁹ nã perficit materiã ſm abſtractiorẽ gradũ ꝙ ſm gradum minus abſtractum. Et hoc eſt qđ in intellectu noſtro quantũ ad habitualẽ cognitionẽ poſſu mus tenere:ſed quãtum ad cognitionẽ actualẽ ineuitabiliter credo illud prius intelligi ab intellectu cuius ſingulare fortius mouet ſenſum.et hoc

R ſiue illud viſibile ſit ſiue audibile ſiue aliquo alio ſenſu perceptibile.Et iđ

Herue⁹. opio illa Heruei Thomiſtarũ acutiſſimi tenẽtis accñs ↄcretiue ſumptũ eẽ primũ cognitũ ab intellectu noſtro in cognitione cõfuſa eſt opio vera lo quendo.ſ.de accñtib⁹ magis ſenſatis:vnde ſi accñtia inſeqñtia nãs vni uerſaliores fuerit magis ſenſata talia concretiue ſumpta ſunt in cognitio ne ↄfuſa notiora nobis in cognitione actuali:ſi vero accidẽtia inſeqñtia nãs minus cões fuerint magis ſenſata accñtib⁹ inſeqñtibus nãs magis vl'es talia notiora ſunt:ita ꝙ in hoc ſp recurrẽdũ eſt ad ſenſum:ſed quia vt in pluribus cõtingit accñtia magis vniuerſaliũ notiora eẽ accñtib⁹ min⁹ vniuerſalium:inde accidit ꝙ magis vniuerſalia dicũtur cõmuniter notio ra eſſe minus vniuerſalibus in cognitione cõfuſa:tñ hoc eſt vt in plurib⁹ verum.Sed quãdoꝗ oppoſitum poteſt contingere:ſicut ratione ⁊ aucto ritate ꝓbauimus.Iſta igitur opinio mediat inter duas opiniones extre mas:et eſt tollens omnes ambiguitates et difficultates:⁊ eſt opinio ſenſa ta.Et per conſequens mihi videtur ſalua omnium reuerentia ꝙ ſit opio vera.Experimentum enim ſermonum verorum eſt:vt concordent ſenſatis 8.phyſi.⁊ primo celi vtrobiꝗ.com.22.¶ Per hoc patet etiam ad rationes ſcotiſtarum probantium ſemper conceptum ſpeciei notiorem eſſe:q2 ſpẽs eſt magis in actu:⁊ actus eſt ratio cognoſcendi.Reſpondetur ꝙ hoc eſt ve rum:tamen tunc obiectum dicit eſſe magis in actu ad inuitandum intelle ctum:quando eſt magis ſenſatum:vnde phus in prohemio meta.d.ꝙ vni

O uerſalia ſunt difficillima ad cognoſcendum:eo q2 ſunt a ſenſibus remotiſ ſima:n loquitur de vniuerſalibus in cauſando ſecundum cõmunem expo ſitionem:ſic dico ſi ſingulare ſpeciei magis ſenſatum fuerit ſingulare ge neris:tunc ſpecies erit prius actualiter cognita cognitione confuſa:ꝙ ge nus.Si vero fuerit oppoſita modo oppoſitum continget.Et ſi queras vn de hoc eſt.dico ꝙ non eſt alia ratio niſi propter modum naturalem intelli gendi intellectus noſtri:qui in intelligendo dependet a ſenſu:⁊ precipue in prima noſtra naturali cognitione ſecundum phi ſententiam.3.de ani ma.te.cõ.39.⁊.20.¶ Ad aliđ Scoti dicentis magis vniuerſalia eſſe diffici lioris abſtractionis:et per conſequens poſterius cognoſci.Reſpondet ꝙ abſtractio primi obiecti motiui intellectus poſſibilis fit ab intellectu agẽ te qui non cognoſcit ea a quibus abſtrahit.3.de anima.cõ.19.Et ſi illa vni uerſaliora ſint magis ſenſata prius intelligentur ab intellectu ꝙ min⁹ vni uerſalia.Si vero oppoſitum.oppoſitum etiam continget.cõprehẽſio enĩ differentiarum a ſenſu eſt cauſa cõprehẽſionis eaꝝ ab intellectu.3.de aĩa cõ.92.¶ Ad aliud qñ dr ſpẽs hʒ rationem totius:⁊ genus rõnẽ partis:er

P go notior erit ſpecies genere.Rñdetur.totum ↄcedẽdo:nam taliter conſi derata ſpecie ꝙ habeat rõnem totius ⁊ indiſtincti:⁊ confuſi ſic notior erit genere:vt habet rationem partis:⁊ hoc eſt:quia ſicut ſenſus prius fert in totum ꝙ in partes:ſic intellectus imitans ſenſum prius deuenit in cogni tione confuſa in cõceptu ſpẽi diffinite qui habet rationem totius:ꝙ i ↄce ptum generis:aut differentie.Sed qñ ſpẽs cõparatur generi in ratione pͣ tis:tunc illa eſt ignotior propter eandem cauſam:⁊ omnia iſta veritatem habent concurrente atteſtatione ſenſus:quia ſine ſenſu nihil fieri poteſt in tali caſu:quia ipſe eſt radix vniuerſe cognitionis humane.¶ Ad argumẽ

UVA. BHSC. IyR_120_3

tum principale. Reſpondetur negando aſſumptum: ꝙ. vz. in nulla cogni=
tione magis vniuerſale poſſit eſſe notius minus vniuerſali: vnde dico qđ
in cognitione incomplexa vbi ſingulare eius fuerit magis ſenſatum quā
ſingulare minus vl'is: tale magis vniuerſale prius cognoſcitur ab intelle=
ctu ꝗ̄ min⁹ vl'e: ⁊ precipue qñ comparatur ſibi: ſicut totum ad partes. Si ve
ro contingat oppoſitum: oppoſito modo dicendum eſt: quia non inconue
nit idem reſpectu eiuſdem poſſe notius ⁊ ignotius eſſe ſm oppoſitas cau=
ſas et rationes. Iſta pauca ſunt que mihi viſa ſunt dicta in tam perardua
materia ⁊ antiqua queſtione: in qua: rogo vt ſi veritatem ipſam aſſecutus
ſum (vt credo) illud deo attribuatur: ſi vero illam non ſim aſſecutus aſcri=
batur hoc ruditati intellectus mei: ſaltem dedi modum perſcrutandi veri
tatem fratribus meis.

Deo laus ſempiterna ⁊ honor immortalis.

## Solutiones contradictionum in dictis Auerrois: collecte per ſolertiſſimum philoſophū Marcū antoniū Zimaram ſanctipetrinatem et hydrontinum.

### Et primo ſuper libro phyſicorum.

Auerrois in ſuo prologo ſuper primo phyſi. in ſecū=do cap. vbi ponit vtilitatem ſcientie ſpecu A hō pfect⁹
latiue: dicit quod hominem eſſe perfectum per ſcientias
ſpeculatiuas: eſt hominem habere ſuam vltimam perfe=
ctionem: ⁊ talis diſpoſitio eſt ſibi felicitas vltima et ſem=
piterna vita et eandem ſententiam ponit in ſuo prologo
ſuper. 8. phyſi. Nos autem inuenimus oppoſitum ab ip
ſo. 3. de anima. commen. 36. ⁊ nono metha. commen. vlti.
vbi hȝ iſta verba. Et declarauim⁹. ſuper. 3. de aīa. cō. allegato: ꝙ fortunitas
maxima que eſt inſpicere intellectum ſeparatum: eſt per potentiam: que
fit in intellectu ſpeculatiuo apud ſuam vltimam perfectionem ſimilem po
ſitione que fuit in viſu apud aſpectum ad colores: non per potentiam de
modo potentiarum cogitatiuarum que acquiruntur per cognitionē: quo=
niam non eſt ſicut exiſtimauit Auēpace. quod hoc acquiritur per cognitio
nem. Et in hoc etiam ipſe accuſat Alpharabium. 3. de anima. vbi ſupra. ſi=
cut patet intuenti. Contradictio igitur conſiſtit in hoc: quia hic in prolo=
go dicit felicitatem hominis conſiſtere in acquiſitione ſcientiarum ſpecu= B
latiuarum: in alijs vero locis allegatis dicit felicitatem hominis non con Felicitas
ſiſtere in huiuſmodi ſcientijs: que per diſcurſum acquiruntur: ſed in intui hominis
tiua cognitione dei que habet per intellectum adeptum: ⁊ hoc etiam vide
tur velle Themiſtius: ſicut ipſe allegat. 3. de anima. Ad hoc ſoluentes dici
mus quod tertio de anima. vbi erāt locus proprius diſcutiendi iſtam diffi
cultatem: locutus eſt ex propria ſententia: hic vero locutus eſt ſecundum
mentem aliorum. ¶ Et iſtam ſolutionem mihi confirmat ipſemet Commē
tator ſuper prologo octaui phyſi. vbi ponens conſimilem ſententiam. in=
quit. et declaratum eſt in ſcientia morali quod eſſe hominis in ſua vltima
perfectione eſt ipſum eſſe perfectum per ſcientias ſpeculatiuas. Et quod C
iſta diſpoſitio eſt fortunitas vltima: ſm fatuos vita eterna: ecce ꝙ dicit ſȝ
fatuos: aut aliter: ⁊ ſubtilius pōt illa cōtrouerſia conſiliari vt dicamus fe=
licitatem hoīs cōſiſtere in acquiſitiōe ſcientiarū ſpeculatiuaꝝ dupl'r poſſe
intelligi vel diſpoſitiue: vel cōplectiue. Et tūc dicimus ꝙ pmo mō eſt veruȝ



UVA. BHSC. IyR_120_3

ſecundum viam Auer. Scđo vero modo eſt falſum: primo modo loquitur
hic. ſecūdo modo loquit. iij. de anima. ⁊ ix. meta. vbi negat felicitatem con
D ſiſtere in ſciētijs ſpeculatiuis: completiue. ſ. nam cognitio ſcientiarū ſpecu
latiuarum nō eſt felicitas: ſed eſt via ad illam. Et q̄ quādoq̨ via ad termi
num cōſueuit ſumere denominationē a termino: iuxta illud phi ſcđo phy.
Gnatio. tex. cōmen. xiiij. generatio eſt natura: q̄ eſt via in naturā: ita etiā ſcia ſpe
culatiua eſt felicitas: q̄ eſt via ad felicitatē: que felicitas eſt primū princi
piū a quo celū depēdet ⁊ natura: ſicut ptȝ expreſſe. xij. met. cō. xxxviij. ⁊ tex.
2 ¶ Secunda contradictio ibidem eſt iſta: q̄ declarans quomodo ad ſcien
E tiarū ſpeculatiuarū acquiſitionē cōſequant oēs virtutes morales oſtēdit
Sibi repugnat. quomodo cōſequat magnanimitas: inquit ꝙ ſapiēs cum cognouerit par
uitatem vite ſue: ⁊ perpetuitatē ſempiternam ⁊ motum continuū. Et ꝙ pro
portio ſue vite ad tēpus ſempiternum eſt: ſicut pūcti ad lineam: vel ſicut fi
Uita. niti ad infinitum: non procurabit propriam vitam. Et parum infra ſubdit
ꝙ eligit mortem pre vita: Sed huius oppoſitum nos inuenimus ab Ariſ.
in. 3. ethi. cap. 11. vbi habet ꝙ q̄to aliquis magis omni virtute pollet: q̄to
q̨ felicior eſt: tanto magis illi mors moleſta eſt. Nam huiuſmodi vir ma
xime dignus eſt vita: ⁊ maximis bonis priuatur idipſum ſciens. Sed ad
Solutio. hoc ſoluentes dicimus ꝙ phyloſophus in alio caſu loquitur: ⁊ in alio caſu
loquitur Auerro. hic. Nam ſi comparentur felix ⁊ miſer id eſt non habens
ſcientiam: tunc ſine dubio felix magis timebit mortem q̄ miſer. Et ratio ē:
quia plus perdit quando moritur q̄ miſer. Auerro. autem hic loquitur in
caſu quo ſapiens dubitat ne felicitatem amittat: tunc in illo caſu debet pre
eligere mortem pre vita. Et hoc expreſſe ſonant verba eius: inquit enim ⁊
proprie cum habet perfectionem humanam. Et dubitat qđ a perfectione
expolietur: tunc non eſt mirum ſi aliquando eligit mortem pre vita: ⁊ ſic
ſedatur contradictio. ¶ Sed hic eſt locus dubitationis contra Auerro.
perarduus. Tum quia malum non habet rationem appetibilis: ſicut patȝ
F ex primo ethicorum cap. primo Bonum eſt quod omnia appetunt. ⁊ quin
Bonū. to ethico. malum a nullo appetitur: mors autem malum: ergo ⁊c. Amplius
eſt contradictio in dictis eius: q̄ ipſe dicit quod ſapiens debet eligere mor
tem/ ne expolietur felicitate: ſed hoc nihil eſt ſecundum fatuam opinionē
eius de vnitate intellectus. Et videt eſſe etiā contra phyloſophū. 3. ethico.
capitu. 6. vbi reddēs cauſam quare mors omnium terribiliſſimum: inquit.
Mors. Terribiliſſimū vero omniū mors: hic eniȝ finis: neq̨ q̄cq̄ p̄terea bonū vel
malum mortalibus videtur eſſe. Et pri. ethicoꝝ. cap. decimoquarto. mor
tuū felicem non dicimus: iſta ſunt que faciunt difficultatē in hac mate
ria. Et nos ſoluimus prolixe in ſuperiori anno in expoſitione noſtra ſu
per quatuor primos de phyſica auſcultatione. Pro nunc tamen breuiter
dicendum puto qđ ſentētia Auerro. non contradicit pħo ad intellectuȝ da
Solutio. tum: immo ipſemet Ari. 9. ethi. cap. 9. expreſſe tenet ꝙ ſapiēs appetitu cō
G formi rationi recte debet vitam ꝓpriam morti exponere: inquit em̄ omnis
mens eligit optimuȝ ſibi: bonus autem menti paret: verū eſt autem id de
ſtudioſo ⁊ amicoꝝ gratia ipſuȝ multa facere: ⁊ ſi opus ſit ꝓ patria morteȝ
ſubire. Abijciet. eniȝ ⁊ pecunias ⁊ honores: ⁊ omnino oīa quibus hoīes in
ter ſe concertāt: vt honeſtatē conſequantur: magiſq̨ volet breui tpe letari
vehementer q̄ longo leuiter. Et honeſte vitaȝ agere per vnū annū: q̄ mul
tis annis vtrunq̨ contingat: ac rem vnam honeſtaȝ ⁊ magnaȝ q̄ multas ⁊
paruas. Obeuntibus autem mortem id forte euenit: eligunt profecto reȝ
magnam et preclaram ſibi ⁊c. Et ex iſtis verbis clare patet ſolutio ad ob
iecta: mors eniȝ non eſt illud quod primo appetitur: ſed bonitas et hone

UVA. BHSC. IyR_120_3

ſtas actus quẽ exercet ſapiens in tali caſu: nam ſicut patuit in verbis phi maximũ bonũ ſapiens ſibi tribuit in exercendo illum actum virtutis. Et hoc bono priuaret ſe: imo vitioſe viueret ſi illo actu tunc pretermiſſo ſaluaret ſuũ eſſe: per quantũcunq; eſſe. ¶ Unde melius eſt ſimpliciter maximũ bonum ⁊ momentaneum: q̃ remiſſum bonum virtutis: vel vita vitioſa per magnũ tps. Et ex iſto loco colligit̃ de intẽtione phi euidẽter q; bonũ cõe ƀʒ rõnẽ rectã: eſt magis eligẽdũ q̃ bonũ ꝓpriũ: q2 totũ bonũ ꝓpriũ dʒ hõ exponere et deſtructioni ſimpl'r ſi neſciat aiam imortalẽ pp ſaluationẽ boni cõis. Sapiens igitur in caſu iſto agit, ſicut agit agẽs naturale: qđ prio intẽdit inductionẽ forme generande: ſed q2 forma illa nõ põt induci niſi ad deſtructionẽ preexiſtentis in materia ſecundario: ⁊ per accidẽs intendit corruptionẽ. ſic ſapiens: q2 non põt in caſu in quo loquitur Auerrois conſeq felicitatẽ et euitare miſeriam: niſi exponat morti mortẽ per accñs: ⁊ ſecundaria intentione preeligit. ¶ Ad obiecta aũt ex dictis patet iã ſolutio: ¶ Tertia cõtradictio eſt ſuper pmo cõ. pmi phy. ibi em̃ exponit per pncipiũ: cauſas agentes ⁊ mouentes: per cauſas aũt exponit fines: ⁊ per elñta cãs q̃ ſunt partes rei. ſ. mãm ⁊ formã. hui9 tñ oppoſitũ inuenim9 in dictis eius. 12. me. cõ. 23. vbi hʒ q; cã dr̃ de oĩbns: principiũ aũt dr̃ de extrinſecis: elñtũ vero de extrinſecis: ⁊ ſubdit. Et ideo dixit in phy. q; diſpõ ſcie in omnibus artibus habẽtibus pncipia cauſa ⁊ elemẽta: q2 intẽdebat per pricipia cauſa mouẽtes: et per cauſas: illud quod eſt commune illis quatuor ⁊ per elementa ea que ſunt in re. Contradictio igitur eſt ſuper expoſitiõe illius verbi: cauſa: q2 hic exponit cauſam pro fine: ibi vero cãm pro communi ad omnia gña cauſarũ: ſed ſoluitur q; hoc nomen cauſa ſumit̃ dupl'r cõmuniter ⁊ proprie: Et primo quidẽ modo dr̃ de oĩbus: ⁊ ſic ſumpſit phs et Commen. cauſam. 2. phy. tex. com. 28. ⁊ 29. ⁊ etiã. 12. me. 23. ⁊ ſic eſt ſynonymum cum principio: ſicut etiam ipſemet Commen. dicit primo phy. cõ. primo inquit em̃ q; cum hoc nomen principium ⁊ cauſa vſitant̃ cõiter ſũt nomina ſynonyma. Et ſic ſumpſit etiam cauſam phs. 5. met. ad pncipium. ¶ Alio modo ſumitur cauſa ꝓprie: ⁊ ſic diſtinguitur contra pncipiũ: ⁊ ẽt contra elementum: cauſa em̃ proprie ſumpta verificatur ſolũ de fine ⁊ hui9 ratio eſt: q2 cauſalitas finis eſt ſimpl'r incauſata: iuxta illud phi. 2. phyſi. finis eſt cauſa cauſarum. ¶ Principium aũt ꝓprie ſumptum dicit̃ de cauſa agente et mouente. Et huius ratio eſt: q2. 5. meta. tex. com. primi. de ratione principij eſt primum eſſe. Et q2 cauſa agens ſecundum eſſe p̃cedit alias cauſas: licet cauſa finalis precedat quantum ad cauſalitatẽ: ideo hoc nomen principium appropriatur cauſe efficienti. Alia enim eſt ratio cãrum quantum ad eſſe. Et alia quantum ad cauſalitatẽ: ſicut late diſputauimus ſuperiori anno ſuper. 2. phyſi. ¶ Elementum vero proprie ſumptum dicitur de cauſis intrinſecis. ſ. de materia ⁊ forma: ⁊ rõ eſt q2 vt dicitur. 5. meta. tex. commen. 4. elementũ eſt ex quo fit aliqđ primũ inexiſtente indiuiſibili ƀm ſpeciẽ: ⁊ comparando adhuc materiã ad formã magis proprie elemẽtum dicitur de materia q̃ de forma: ſicut ſcribit Commen. cõmen. 4. quinti meta. ⁊ ratio eſt iſta: q2 magis proprie diffinitio elementi competit materie q̃ competat forme. Materia em̃ ſic deſcribitur. 2. phyſi. 28. materia eſt ex quo fit aliquid cum inſit. Forma vero ibi deſcribit̃ per hoc q; eſt ratio ipſius quod quid erat eſſe. Et ſic ſolutio iſta quantum ad rem ſatiſfacit: ſicut vides. tamen quantum ad verba non dicitur ſatiſfacere Auer. q2 eandem propoſitionem hic expoſitam aliter expõit hic. ⁊ aliter ibi: ſed ad hoc dicimus quod forte peccauit per obliuionem dum dicit quod in phyſicis per cauſas intellexit illud quod eſt cõmune omnibus. Aut aliter q; primo

Marginal notes: h; I; 5 cõ. primo; L Cauſa.; Solo:; M Finis.; N Elñtum.; O Materia



UVA. BHSC. IyR_120_3

phyſi.quādo ipſe expoſuit ꝑ cauſas fines locutus fuit ẜm ſententiā Alexā
ſicut dicit ipſemet hic:inquit eñ:⁊ ſic expoſuit ipſe Alexander: vt mihi vi-
detur in.12.meta.2? .cōmen.lꝫ exponat iſtā eandem ꝓpoſitionē q̄ ponitur
in tex.primo.primi phyſico.dum exponit cauſaꝫ ꝓ cōmuni. ad oēs cauſas.
dico ꝙ locutus eſt ẜm ꝓpriā ſententiā.Aut tertio ⁊ magis iuxta realem ſo-
lutionē prius datum inſiſtendo:ideo Auerro.idem verbum aliter exponit
hic:⁊ aliter in metaphyſicis:vt oſtenderet nobis diſtinctionem huius ver-
bi cauſa:ꝙ.vꝫ.quandoqꝫ poteſt ſumi cōmuniter:⁊ quandoqꝫ ꝓprie.⁊ dum
cōmuniter accipitur pōt ſumi pro omni cauſa.quando vero ſumitur pro-
prie:dicit̃ ſolum de fine.Et tunc dico ꝙ cauſam hic ſumpſit ꝓprie: cauſam
P vero.17.met.23.ſumpſit cōmuniter.
4 ¶ Quarta cōtradictio ſuꝑ cōmento p̄mo eſt:qꝛ hic dicit ꝙ metaphyſica cō-
ſiderat tria genera cauſarū.ſ.mouentē formalem:⁊ finalē.huius tamen op-
poſitum inuenimus ab ipſo.2.meta.cōmen.6.vbi.d.metaphyſicum conſi-
derare omnia genera cauſarum.Similiter tertio meta.cōmen.3.⁊.12.me-
Solutio. ta.cōmen.6.dicit.metaphyſicum duo genera cauſarum conſiderare.ſ.for-
mam ⁊ finem.Sed ad hoc ſoluentes dicimus ꝙ refert apud me plurimuꝫ
dicere aliquem artificem conſiderare quatuor genera cauſarum:⁊ ipſuꝫ cō-
ſiderare quatuor prima genera cauſarum.Similiter refert aliquem artifi-
cem conſiderare omnes cauſas ſub rationibus vniuerſalibus: ⁊ eundeꝫ cō-
ſiderare eaſdem ſub rationibus proprijs.Et tunc dico ꝙ cum in omni ge-
Q nere cauſe ſit deuenire ad vnum primum in illo genere: ſicut probat Philo
ſophus.2.meta.dico ꝙ duo prima genera cauſarum conſiderat metaphyſi
cus:⁊ duo prima conſiderat naturalis.Prima enim forma: ⁊ primus finis
a metaphyſico conſiderantur:ſicut ſcribit Commentator.3. meta.commē.
3.⁊.12.meta.commen.6.Et huius ratio eſt:qꝛ ratio prime forme quatenus
prima forma eſt.⁊ ratio primi finis quatenus primus finis eſt abſtrahit a
R motu:⁊ tranſmutatione:ſicut colligitur ex intentione Auerro.7.met.com
men.5.⁊.9.Prima autem materia ⁊ primum mouens cōſiderantur a natu
rali:quia ratio prime materie:⁊ primi mouentis eſt ratio concernens:vt ſic
motum ⁊ tranſmutationem.Diuiſerunt igitur ſibi hereditateꝫ iſte due ſciē
tie:naturalis.ſ.⁊ diuina : ⁊ ex quatuor primis cauſis duas primas cauſas
vendicauit ſibi naturalis:⁊ duas primas appropriauit ſibi diuina. Ulte-
rius dico ꝙ diuina omnes cauſas conſiderat ſub rationibus vniuerſalibꝯ
S ⁊ tranſcendentibus:nam materia prima de quamminus videtur ſub ratione
qua ſubſtantia:⁊ ſub ratione qua ens ſeu potentia a diuino conſideratur:
ſicut patet.7.meta.commen.9.⁊.2.phyſico.21.⁊.12.meta. commento.14.
⁊ alibi frequenter.Materia tamen ſub ratione propria conſideratur a natu
rali:vt.ſ.eſt principium tranſmutationis.ex quo aliquid fit vt in exiſtente:
ſicut patet.7.meta.commen.9.Ita etiaꝫ dicas de primo mouente ꝙ ſub ra
tione qua ens ⁊ ſubſtantia ſeu actus a metaphyſico conſideratur ſub ra-
tione qua mouēs a naturali.Et breuiter quodlibetgenus cauſe ſub ratio
nibus vl̄ibus a diuino conſideratur.Et hoc ſonat auctoritas Auer.2.me-
ta.com.6.vbi ſcribit:⁊ conſideratio vl̄is in eo:ꝙ ſunt cauſe eſt huius ſcien
tie ſcꝫ diuine recte,dixit vl̄is:quia ſub rationibus vl̄ibus.vꝫ. ſicut eſt ratio
cauſe ratio actus ⁊ potentie:ratio entis:ratio ſubſtantie ⁊ hmōi : ſub iſtis
rationibus omnes cauſe a diuino conſiderantur:omnes etiam cauſe conſi
T derantur a naturali:vt quelibet dat eſſe per motum:non vt dat eſſe abſolu
te:ſicut etiam ſubtilis Scotus declarat in primo ſue meta.q.prima. Et Al-
bertus magnus ſuper.2.phyſi.ſuper tex.2ᵐ.¶ Sed qūo diuinus tria gene
ra cauſarum conſiderat.Ad hoc.d.Burleus in preſenti loco ꝙ hoc eſt quā-

UVA. BHSC. IyR_120_3

tum ad illam partem que conſiderat de abſtractis ſubſtantijs in quib⁹ nō
eſt materia: ſed iſta ſolutio conſueuit a modernis moleſtari: qꝛ a pari natu
ralis in.8.phyſi.vbi agit de pꝛimo motoꝛe: qui eſt a materia ſeparatus: di
ceretur abſtrahere a materia. Et propter hoc aliter ipſi reſpondent ⁊ dicūt
ꝙ metaphyſicus ſolum tres cauſas conſiderat: vt cauſe ſunt ſcʒ foꝛmam: fi
nem: ⁊ efficiens: nam he communes ſunt abſtractis ⁊ materialibus ſub ra-
tione qua cauſe: ſed qꝛ materia vt materia non eſt communis abſtractis ⁊
materialibus: ideo ſolum illam conſiderat ſub ratione potentie que eſt vna
de differentijs entis. Diuinus em̄ conſiderat abſtracta a materia ⁊ a motu:
vel per eſſentiam: vel ſaltem per indifferentiam: ſicut eſt ſententia Auic. in
pꝛimo ſue meta. cap.2. ſed iſta opinio non poteſt ſtare. pꝛimo quantum ad
inſtantiam contra Burleum dico ꝙ non cogit: qꝛ diuinus quiditatiue con
ſiderat abſtracta a materia: ⁊ ideo in illa parte in qua diuinus agit de ab-
ſtractis ſubſtantijs recte pōt dici ꝙ in illa parte abſtrahit a materia. Na-
turalis aūt in illa parte in qua agit de abſtractis non dicitur agere de eis:
niſi quantum ad ſi eſt: non quantum ad quid eſt: vnde quantuʒ ad ea que
quiditatiue a naturali conſiderantur. dico ꝙ in eis reperitur ratio mate-
rie vel habitudo eſſentialis ad materiam: ſumo aūt materiam hic analogi
ce: ſicut noſti ex via Auer. Et propter hoc dixit Commen. in.2. phyſi. com-
men.7 . ꝙ opʒ naturalem dare in reſponſione omnes cauſas: qm̄ in ſcien-
tia naturali apparet materia. ⁊ in quo eſt materia ſunt omnes cauſe. Arti-
fex ergo aliquis dicitur pꝛopꝛie a materia abſtrahere quantum ad conſide
rata quiditatiue ab eo: non quantum ad ea que ſolum quantum ad ſi eſt
conſiderat. ¶ Scientiarum em̄ ſpeculatiuarum diſtinctio eſt penes quidi- a
tatiuam conſiderationem: ⁊ non penes ſimplicem inuentionem conſide-
ratoꝛum: ſicut patet ex ſententia ph̄i. 6. meta. text. commento.2.⁊.2. phyſi.
tex. commen. 26. vbi ponitur terminus phyſice conſiderationis: quicquid
igitur ſit de reſponſione Burlei: in ſe: dico ꝙ inſtantia modernoꝛum non
cognoſcit contra illam. Peccat iterum reſponſio modernoꝛum in eo quod
dicunt ꝙ diuinus conſiderat ſolum tres cauſas: vt cauſe ſunt: non autem
materiam diuinus cōſiderat: vt cauſa eſt: ſed ſolum vt potentia: ſed iſta rn̄-
ſio eſt purus erroꝛ. Nam Commentatoꝛ.2. metaphy. commen.6. dicit. ꝙ cō
ſideratio vniuerſalis in omnibus cauſis in eo ꝙ cauſe ſunt: eſt huius. ſcien
tie ſcʒ diuine. Ecce ꝙ dicit in omnibus cauſis: ⁊ non in tribus. Nec obſtat
dictum ipſoꝛum: ꝙ qꝛ materia non eſt communis mālibus ⁊ abſtractis: nō
non conſideratur a diuino ſub ratione qua cauſa: quia tunc cum ratio lapi
dis non ſit ratio communis abſtractis ⁊ mālibus: ſequeretur ꝙ lapis non
poſſet a diuino conſiderari ſub ratione qua ens: vel ſub ratione qua cauſa-
tum eſt abſolute: quod eſt contra ph̄m in pꝛohemio meta. ⁊.4. meta. tex. cō.
pꝛimi. ⁊.6. meta. ad pꝛincipium qui vult ꝙ diuinus conſiderat ens inquan
tum ens: ⁊ omnia inquantum entia: ⁊ vt contingit. Licet igitur ratio mate
rie conſiderate nō ſit communis abſtractis ⁊ mālibus: qꝛ tamen ratio cauſe
que eſt ratio ſub qua materia conſideratur eſt ratio indifferens ad mate-
ralia ⁊ abſtracta. iuxta illud Aduer. 12. meta. com. 29. in ſubſtantia eterna
inueniuntur cauſe que per ſimilitudinem dicuntur cauſe cum cauſis gene
rabilib⁹ ⁊ coꝛruptibilibus. ⁊ eandem ſententiam habet ibidem com. 44. ⁊
4. celi. com. pꝛimo. ⁊ ſcd̄o de genera. com. 51. propter hoc dico ꝙ materia a
diuino etiam conſideratur: vt cauſa. vnde propoſitio iſta. materia eſt cau-
ſa eſt diuine cōſiderationis: ſicut iſta materia eſt ens in potentia. ſicut em̄
potentia ⁊ actus ſunt de differentijs entis: ita cauſa ⁊ cauſatum. Et lʒ mate
ria in ſuo genere non niſi per tranſlationem cauſalitateʒ habeat ſupꝛa cō-

UVA. BHSC. IyR_120_3

poſitum:prior tñ eſt ratio cauſandi ſm naturam ꝙ̃ ratio motus ⁊ tranſla-
tionis. Et ideo in illo priori ad diuinum ſpectat. ¶ Abiectis igitur aliorum
x ſolutionibus. dico ꝙ diuinus dꝫ tria genera cauſarum conſiderare ꝓprie
pro q̃nto forma ⁊ finis ⁊ efficiens idem ſunt ſubiecto: ⁊ ſola ratione diſtin-
guuntur. 12. meta. cõ. 7. Et qr materia prima non coincidit cum aliquo iſto
rum: nõ materiã diuinus nõ conſiderat: niſi ſub rõnibus trãſcendentibus:
⁊ breuiter concordia in omnibus dictis Auer. conſiſtit in hoc puncto: vt di
camus diuinum ſub rõnibus cõibus oẽs cauſas conſiderare ſub rõnibus
tranſcendentibus tres tñ pro q̃nto in vnum ſubiecto coincidũt: vt vero cõ-
paratur naturali diuinus quo ad quatuor prima gñã cauſarum ſic appro
priate naturalis duo prima conſiderat. ſ. materiam primã: ⁊ primum mo-
uens: ſicut patet. 17. meta. com. 6. ex ſnia Alexan. primus aũt finis ⁊ prima
forma a diuino appropriate conſiderantur. Et hoc eſt qđ eleganter dixit
Auer. in. 7. meta. com. 5. vbi dicit ꝙ prima diuiſo ſm quam diuiditur ens
eſt in ſubſtantiam ⁊ accidens. Et iſta qõ differt ab illa que eſt in ſciẽtia na
turali: qm̃ iſta qõ inducit ad ſciendum primã formam omnium entium ⁊
vltimum finẽ. Et prima qõ quã incepit in ſcia naturali inducit ad ſciendũ
primam materiã ⁊ formas naturales ⁊ primuꝫ motorem. Et hanc eandem
ſniam ſcribit Cõmen. primo phy. in ſuo prologo. vbi dicit ꝙ naturalis hꝫ
cognoſcere cauſas primas ſm ꝙ poſſe eſt cognoſcere in hac ſcientia: ſicut
y materiam primã ⁊ mouens primũ. Forma aũt prima ⁊ primus finis a me-
taphyſico conſideratur. Ita eñ iacet vera litera in antiq̃ſſimo codice ma-
nu ſcripto: ⁊ ſic caſtigaui. Et concordat hoc Auer. 3. meta. com. 3. vbi dicit.
ſcientia naturalis conſiderat de duabus primis cauſis. ſ. motore ⁊ materia
Iſta autem de duabus vltimis. ſ. forma ⁊ fine. Nota igitur bene iſtã ſolu-
tionem: qr nullus ante nos vidit veritatẽ in hac mã: ſicut videre potes.
5 ¶ Quinta contradictio eſt in eodẽ cõmento primo. ibi eñ in expõne ꝓba-
tionis maioris ꝑ prima principia exponit primũ agens ⁊ vltimum finem
oĩum rerũ ex quo vr̃ ꝙ vltimus finis omnium rerũ a naturali conſideretur
Nos aũt inuenimꝰ oppoſitũ huiꝰ. 7. met. cõ. 5. Et. 3. met. cõ. 3. Et. 12. met. cõ.
6. vbi. d. vltimum finem oĩum rerũ a diuino conſiderari. Sed ad hoc ſoluẽ-
tes dicimus ꝙ naturalis conſiderat vltimum finẽ omnium rerũ naturaliũ.
Dicimus aũt: conſiderat vltimũ finem omnium rerum ſimpliciter ⁊ abſolu
te: ſicut in ſimili. d. Cõmen. ꝙ de principiis ſubſtantie quatenus ſubſtãtia
3 eſt conſiderat diuinus: de principiis aũt ſubſtãtie ſenſibilis quatenus ſen-
ſibilis eſt conſiderat nãlis. 12. meta. ꝓmo. 5. ⁊. 6. cõmentis.
¶ Sexta contradictio eſt in tex. cõ. 4. qr ibi phs ⁊ Cõmen. vult ꝙ ab vlibꝰ
6 ad particularia ſit in ſcia ꝓcedendũ. Huius tamen oppoſitũ inuenimꝰ ab
A ipſis in. 2. poſterio. tex. cõ. 21. vbi dicit: ꝙ facilius eſt ſingulare diffinire ꝙ̃
vle: vnde opꝫ ex ſingularibus in vlia aſcendere: namqꝫ equiuocationes la
tent magis in vlibus ꝙ̃ in differentibus ſpecie. Reſpõdetur ꝙ nulla eſt cõ
tradictio. Nam phs hic loquit̃ de ordine doctrine qui ordo non eſt aliqđ
genus demonſtrationis: ſicut dixerunt vulgares: ſed eſt reſpectus quidam
ſm prius ⁊ poſterius: qui fandantur in ſcibilibus ſcientie. Et de iſto reſpe
ctu loquutꝰ eſt phs ibi. ⁊ Cõmen. qñ dixit. ꝙ ex vniuerſalibus ordine do-
ctrine ad ꝑticularia. i. ad minꝰ vlia ſcibilia dꝫ ordo ſcie naturalis attẽdi: ſꝫ
in poſterioribꝰ loquutꝰ fuit de diffõne q̃ inueſtigari hꝫ ꝑ viã diuiſinã ⁊ cõ-
poſitiuã ⁊ reſolutiuã ſicut dicit Linconienſis i illo loco. Et dixit ꝙ facilꝰ eſt
diffinire ſpeciẽ q̃ ſingularibꝰ eſt cõis ⁊ prima ꝙ̃ genꝰ qđ eſt cõe ſpeciebꝰ ꝓꝑ
latentiam equiuocationum exiſtentem in ipo genere: ſicut etiam patet. 7.
phyſi. tex. com. 31.

UVA. BHSC. IyR_120_3

¶Septima cõtradictio eſt in cõ. 17. vbi hʒ ꝙ totū nihil aliud eſt ꝙ̄ ſue par B
tes. huiꝰ tñ oppoſitū inuenimꝰ. 7. meta. tex. cõ. vltimi ꝛ alibi frequēter: iſta
ↄtradictio eſt ſatis difficilis: oẽs tñ Auerroiſte currunt eodē curſu dicētes Totum.
de intētione eiꝰ fuiſſe totū nihil aliđ eſſe ꝙ̄ ſuas ptes ſimul ſumptas. ¶Et
ꝓ hoc facit auctoritas Auer. 7. meta. cõ. 20. vbi hʒ ꝙ ſortes nihil aliud eſt
ꝙ̄ aialitas ꝛ rationalitas. Et infra ibidē cõ. 44. dicit ꝙ in indiuiduo non
eſt niſi materia ꝛ forma ex quibꝰ cõponiť. Et phs. 2. de aia. tex. com. 10. ꝙ vt
pupilla viſuſq; oculus eſt: ſic aia ꝛ corpꝰ aial. dicunt inſuper ꝙ totū eſt aliđ Anima ꝛ
a ſuis ptibus diuiſim ſumptis. Et primo mõ dicunt Auerr. loquutū fuiſſe corpꝰ aial
hic. ſcđo vero mõ loquutus eſt. 7. meta. cõ. vlti. Et in alijs locis: vbi videtur inſtātis.
oppoſitū ſentire. ꝛ iſtā ſententiā etiā impoſuit Auer. Subtilis doctor in. 3.
ſentētiaꝝ. diſtinc. 2. q. 2. Nobis autē videť ꝙ nõ ſit vniuerſaliter verū de in
tentione. Auer. hoc. manifeſtū eſt eñ ſi totū qđlibet nil aliud eſſet ꝙ̄ ſue pꝫ
tes ſimul ſumpte: tūc mixtū ex quatuor elemētis nil aliđ eſſet ꝙ̄ quatuor
elemēta ſimul ſumpta: ꝛ ſic nõ haberet aliquā formā ſupadditā formis ele
mentoꝝ per quā eſſet hoc aliqđ: ꝛ vnū ens: qđ eſt cõtra Ariſt. in fine primi
de generatione. ꝛ cõtra Auer. 3. celi. cõ. 67. Et. 7. meta. cõmen. 60. dicit ꝙ ca C
ro nõ eſt terra ꝛ ignis. ex qbꝰ cõponitur: ſʒ eſt aliqđ aliud additū. ꝛ eandem Mixtio.
ſniam hʒ pmo de aia. cõ. 77. ꝛ primo de generatione. 84. ꝛ primo meta. cõ.
12. Nec valet dicere ad hoc: ſicut qdā dicunt ꝙ elemēta nõ ſunt ptes mixti:
q̄ q̄libet pars mixti mixta eſt. Nā elemēta ſm Auer. formaliter ſunt in mi
xto: ꝛ ſunt partes materiales eius amplius Cõmē. 3. de aia. cõ. 5. in ſolutio
ne ſcđe. q. principalis. d. ꝙ ex intellectu ꝛ intelligibili fit verius vnum ꝙ̄ ex
materia ꝛ forma. Et reddens cauſam ſui dicti ſubdit. quod enim componi
tur ex eis non eſt aliquod tertium aliud ab eis: ſicut eſt de alijs compoſitis
ex materia ꝛ forma. Ecce ꝙ vult expreſſe compoſitum dicere tertiam entita
tem diſtinctam a partibus etiam ſimul ſumptis: nam ſi ſic non intelligere
tur dictum ſuum non eſſet ad propoſitum. Amplius Commen. 5. meta. cõ.
6. in fine commen. d. ꝙ in compoſitis eſt natura addita nature componen
tium ſcʒ illud quod fit ex compoſitione quid clarius: Amplius Commen.
7. meta. com. 26. habet ꝙ generatum componitur ex materia ꝛ forma: ꝛ eſt
aliud ab eis: ecce quod dicit ꝙ eſt aliud: ꝛ hoc non dixiſſet: ſi tenuiſſet com
poſitum non ſuperaddere aliquam naturam partibus cõponentibus. Am
plius ibidem. com. 27. dicit. in natura hac. ſ. ſingulari ſunt tria materia: for
ma: ꝛ aliquid quaſi medium. i. mixtum inter materiam ꝛ formam: ecce quo
ponit tertiam entitatem. Amplius Phus. 2. de anima. ꝛ Commen. diuidūt
ſubſtantiam: tex. com. 2. ꝛ. 8. meta. tex. com. 3. ꝛ. 12. meta. tex. com. 14. in tres
ſcʒ in materiam: formam ꝛ compoſitum. Et dicunt ꝙ ſubſtantiarum quedā
eſt materia que non eſt per ſe hoc. Et quedam eſt forma per quam res eſt
hoc. Eſt autem tertia ꝛ eſt illud qđ fit ex ambobus: ecce ꝙ volūt ſubſtantiā
compoſitam eſſe vnā tertiā ſubſtantiam: aliā ab ambobus: ſi aūt ſubſtātia
compoſita non eſſet niſi materia ꝛ forma ſimul: tunc ꝓprie non diceretur ſub
ſtantia tertia: ſed eſſent due ſubſtantie ſimul: qđ eſt contra omnem phiam.
Amplius cõmē. 2. phy. cõ. 4. cõparās materiā formā ꝛ cõpoſitū adinuiceʒ
dicit: cõpoſitū igitur eſt dignꝰ habere hoc nomē ſbā ꝙ̄ mā: q̄ eſt in actu:
ꝛ materia eſt in potētia. Et forma eſt dignior habere hoc nomē ſubſtantia
ꝙ̄ cõpoſitum: qm̄ per illam compoſitū eſt in actu. Et cā rei eſt dignior cau
ſato. pʒ aūt ꝙ inter cām ꝛ cauſatū cadit realis diſtinctio ſm principia om
nium phoꝝ ꝛ theologorum: nullus eñ intellectus capere põt: ꝙ aliqđ ſeipꝫ
cauſet: ſicut colligitur ex intētione phi. 2. de aia. tex. com. 47. ꝛ ex intentio
ne diui Aug. in primo de trinitate. Unde ſi ſubſtātia ↄpoſita nil aliud eſ-

UVA. BHSC. IyR_120_3

ſet q̃ materia ⁊ forma ſimus ſumpte: accideret formā eſſe ſuimet cām: ⁊ ita
D etiā de materia. ¶ Et cōfirmat̄. certū eſt ꝙ materia ⁊ forma ſunt due cāe rea
les intrinſece ipſius cōpoſiti. vel igitur cauſant aliquid reale vel nihil. ſi ni
hil: pro nihilo habeat̄. ſi aliquid: illud vel eſt aliqđ abſolutum vel aliquod
reſpectiuū. Et ſi abſolutū: vel erit ſubſtātia: vel accidens. nō poteſt dici ꝙ
ſit accidens: q̄ tūc generatio ſubſtātialis nō diſtingueretur ab accidētali.
Si igitur ſit ſubſtātia: tūc vel eſt ſubſtātia forme: ⁊ hoc nō: q̄ forma nō eſt
cauſa intrinſeca forme: nec etiā materia eſt cauſa eſſentialis intrinſeca for=
